NAZ.
ele III

OTECA NAZ.
orio Emanuele III
L
B
72
IAPOLI

L
B.
12

VITA
B. STANISLAI
KOSTKÆ POLONI
E SOCIETATE IESV,

AVCTORE

FRANCISCO SACCHINO

Societatis eiuſdem Sacerdote.

Ab auctore recognita & aucta.

NAPOLI

Nouitiatus Neapolitani
Catalogo Inscriptus
Santi Ignatij

LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DC. XVI.
Cum licentia Superiorum.

ERENISSIMO
PRINCIPI
. D. VLADISLAO
SIGISMVNDI III.
Regis Poloniæ, ac
Sueciæ F.

SACCHINVS
E SOCIETATE IESV
felicitatem.

NTER inſignia decora, Vladiſlaë præſtantiſſime, æ Parentis tui Sereniſſi-

mi præclariſſimum Regnū æternitati gloriæ deſtinát, haud immeritò numeretur B.Staniſlaus Koſtka publicis honoribus coli cœptus. Redit enim ad vos veſtri popularis gloria: vobíſque debet Chriſtianus orbis nouum hoc ſydus, quod non veſtro in dominatu ſolùm, verùm etiam conatu veſtro, cùm propè lateret, extulit ſeſe, ac latè cœpit terras ſalutari luce perfundere. Vos eius cultum priuata Religione firmatis, propagatis auctoritate publica, Regiis opibus illuſtratis.

ratis. Felices, quibus da-
im eſt vſque eò etiam de-
iereri Cœleſtes. Credite,
on vincitur ille officiis in
egia charitatis beatus, ac
otens. Ergo vita Beati
doleſcentis, ſi minùs or-
atu, quem candidiſſimæ
ıus innocentiæ ſplendor
[illegible], certè maxima,
uam hiſtoria poſtularet,
de conſcripta, vobis, quo-
ım eſt ipſe, fuit reddenda:
t interim merita in nos
eſtrá immortalia, & ſin-
ılarem taceam pietatem,
uæ noſtrum ordinem ſibi
niuerſum repoſcit. Tibi

verò Princeps Sereniſſime, propriè debebatur, vt coniunctas aſpiceret Sarmatia veſtra ſuas ſpes, ſua ſydera, ſuas hilaritates. Nihil enim habet hoc tempore neque in ſanctitate matura hilarius; neque in pubeſcente virtute lætius, quàm B. Staniſlaum, ac te, præſidium illud in cœlo, hoc ſuos ante oculos ſubſidium. Idem penè flos æui eſt, gemina morum ſimilitudo: idem modo quodam natalis. Nam per idem tempus cœpit Staniſlai nomen inclareſcere, cùm tu in lucem es editus;

litus: vt propè diuinitùs
ideatur illi tui demanda-
tutela,tibi eius ordinan-
i cura reſeruata. Patere
gitur hoc etiam qualecũ-
ue commercium notitiæ
ublicæ. Patere tuum cla-
iſſimum nomen Beati po-
ularis tui inſeri laudibus,
ſeruire: & quem gaudes
abere Patronum, etiam
er clientem.

Claudius Aquauiua Præpoſitus Generalis Societatis Iesv.

CVM Vitam B. Staniſlai Koſtkæ de noſtra Societate à Franciſco Sacchino noſtræ item Societatis Sacerdote Latinè, Italicéque conſcriptam deſignati per nos Patres viderint, atque è gloria diuina fore iudicauerint, ſi edatur in lucem, facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi R.D. Viceſgerenti, & R.P. Magiſtro ſacri Palatij videbitur. Quod eo libentiùs concedimus, vt hoc obſequiũ, & memoris, deuotiq; animi documentum S. Fratri, ac tyrocinij noſtri commilitoni reddamus. Placuit enim ſummæ bonitati, vt ſpectatores eſſemus vitæ eius innocentiſſimæ, & exmplorum in omni virtute, ac præſertim in obedientia, & oratione, coniunctioneq; cum Deo, & charitate perfectiſſimorum: & aliquanto etiam interiùs vſu eius ſanctiſſimo frueremur, ac

propiùs

pius inſpiceremus theſauros cœleſtiũ atiarum, quibus benedicta illa anima na erat. Itaque quæ de vita in Religio- à Sancto adoleſcente acta in hoc li- llo, quem & nos vidimus, narrantur, non auditu ſolùm, & aliorum commu- fama, ac teſtificatione; ſed pleraque am vſu, & experimento noſtro, & ocu- i teſtes vera, ac certa eſſe ſanctè affir- are poſſumus. In quorum fidem has eras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo ſtro munitas dedimus. Romæ 10. *Iulij* 512.

CLAVDIVS GENERALIS
Societatis IESV.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE *in ſacra Theologia Magiſter, in Sancti Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, Librorum Cenſor in hac Lugdunenſi Diœceſi deſignatus: fidem facimus nos hunc librum cui inſcriptio eſt*, Vita B. Staniſlai Koſtkæ Poloni è Societate IESV, authore Franciſco Sacchino eiuſdem Societatis Sacerdote, *vidiſſe; nihilq́; Catholicæ, & Romanæ fidei contrarium in eo inueniſſe. Lugduni apud Sanctum Paulum* 5. *Idus Octobr.* MDCXVI.

DEVILLE.

VITA

VITA
B·STANISLAI
KOSTKÆ E
Societate IESV.

ADMIRABILIS planè Deus in Sanctis ſuis; & admirāda in primis eius gratia, per quam de rudi, orruptáque maſſa generis Adam d dilecti Filij ſui ſimilitudinem ho-nines quoſdam propè diuinos ef-ingit. Cuius gratiæ vti robur, & po-entia cernitur, cùm inueteratorum n ſcelere voluntates repentè im-nutat, éque impensè improbis egre-giè ſanctos efficit; ita quædam elu-cet ſuauitas, & mira amabilitas, vbi quoſdam prima ab infantia ita præ-uenit, ſegregátque cœlo, ita quaſi

Gratiæ diuinæ vis, & ſuauitas admiranda.

nutrix, ac pædagogus educat, format, regit, vt facilè diuinum in iis ſemen, diuinúmque magiſterium poſſis agnoſcere. Adoleſcentes, atque adeò pueros nobiles in deliciarum, ac rerum omnium affluentia, quibus cæterum vulgus mortalium, ac tenera ante alias ætas ducitur, alio quodam ab communi guſtatu præditos, ac ſenſu videas; nullas iis delicias ſapere niſi cœleſtes: nulla eos niſi diuinorum ſpecie bonorum tangi: in cultu pietatis, in ſanctimonia, & pudicitia, in omni virtutum genere, in cœlo denique ſuos habere amores, iucunditates ſuas: atque adeò in ampla licentia, ac peccatorum facultate mortalis ductu magiſtri deſtitutos, eorum tamen animos ſimplices, immaculatos, ipſa quodammodo candidiores niue, nitidiores lacte ſeruari; vt quaſi non homines, ſed lapſi è beata Hieruſalem Angeli forent, per cœnum, & ignem ingredientes nulla fœdiore inficiantur labe; ac ne odore quidem

nis afflentur. Ex hoc, an hominum
eleſtium, an Angelorum morta-
i genere fuit B. Staniſlaus Koſtka,
apparebit ex eius vita, quam ſcri-
mus.

ORTVS eſt beatus hic adoleſcẽs in- P. Staniſlai ortus, patria, parentes.
no ſalutis humanæ 1550. in Ma-
uia Polonici Regni prouincia,
oppido paternæ ditionis Roſtko-
o. Nam fermè non in vrbibus, ſed
ſuis pagis, & oppidis Polona no-
ilitas (vt in Septentrione moris
ſt) ætatem agit. Parentes habuit
oannem Koſtkam, & Margaritam
riskam, peruetuſtæ ambos Sena-
oriæ, opibúſque pollentis proſa-
iæ. Super hæc aliud verius paterni
eneris memoratur decus. Errori-
us per Poloniã tam latè vulgatis,
unquam Koſtkarum generoſitas
æretica labe maculata fertur. Sta- Ætatis ac vitæ ſumma.
iſlaus ad tertium vſque ac decimũ
etatis annum in domo paterna:
uatuor inde circiter annos Viennæ
n Auſtria, paulo minùs vno in So-
cietate vixit. Itaque cùm annum vn-
deui

deuigeſimum iniret, in ſummo adoleſcentiæ flore, flos ipſe præ humanorum, diuinorúmque decorum gratia, ſpecie, atque odore ſuauiſſimus, è ſpinis mortalitatis lectus eſt, ſerto immortali cœleſtis ſponſi nectendus.

Corporis, & oris figura.

FVIT illi ſtatura mediocris, & apta, dignitate cum venuſtate permiſta; os, vultúſque Angelicus, color propè candidus, virgineo rubore aſperſus in genis, capillus modicè ex nigro flaueſcens; faciei figura rotundior, oculi nitidi, ſed præ copia ſanctæ dulcedinis, qua cor aſſiduè colliqueſcebat, vuidi interdum, ac lacrymabundi. Qui de facie nouêre, aiunt effigiem, quæ circunfertur expreſſa coloribus, quæque Romæ ad Domum Probationis Societatis IESV in Tẽplo S. Andreæ, vbi beata eius oſſa requieſcunt, propoſita eſt, non aberrare multùm à vera. Hoc velut decorum domicilium integerrimo illi, ac præſtantiſſimo animo cœleſtis faber ædificauit.

TENOR

TENOR vitæ paterna in domo æ haud diſtinctè compertus. Ab- rruiſſe ab quauis licentia, atque eò leuitate puerili, illibatum cō- uaſſe virginitatis decus, itémque ceptam ab ſecunda origine in ſa- fonte ſtolam graui labe nunquā ntaminaſſe, certum, teſtatumque . Ex quo tempore Viennam ve- , memoria notior: quippe cùm llegij, quod in ea vrbe Ferdinan- s Imperator Societati IESV fun- uerat, longè, latéque per Septen- onem inclyta ferretur fama, ea loniam quoque peruagata, plu- nos è prima nobilitate, præſertim atholicos, impulit, ſuos vt liberos iennam mitterent, vbi liberales ſciplinas pariter cum ſyncera pie- te condiſcerent. Idque eo facie- ant libentiùs, quòd rari tum erant agiſtri incorruptæ omnino do- inæ: & hac re, nullis dum Colle- ijs Societatis inductis, vniuerſa Po- nia laborabat grauiſſimè. Viennę utem præter Societatis Gymnaſiū, con

Virginitas perpetua. Nunquā lethale crimē admiſit.

Collegiū Viennenſe Societatis à Polonis celebratur.

B.Staniſlaus, & Paulus eius frater Viennam mittuntur.

contubernium quoque erat Conuictorum nobilium, fama & ipſum illuſtre, magno adoleſcentibus ad mores, doctrinámq; præſidio. Hanc ob cauſam, vti plerique Poloni nobiles faciebant, Ioãnes Koſtka duos è ſuis liberis, bonis artibus imbuendos, & moribus, Paulum, & Staniſlaum miſit, qui inter Conuictores ſtatim recepti ſunt. Cęterùm nequiuêre diu honeſto illo vti conuictu: namque anno 1565. menſe Martio, Maximiliano Cęſare ædes, quas Ferdinandus precariò in eam rem conceſſerat, repoſcente; contubernium illud ſolutum eſt. Inde Conuictores diſſipati, coactique ad priuatorum ciuium, ac fermè hæreticorum hoſpitia demigrare. Ita tum Viennæ promiſcuè habebant res: nec melior Staniſlao, ac Paulo conditio obtigit. Quanquam Staniſlaus erat in poteſtate maioris, ſique ſuo temperare vitam licuiſſet arbitrio, omniũ primus intra religioſa clauſtra ſe, ad vltimum, quouis potiùs, quàm

ad

minem hæreticum recepiſſet. Ve-
m eius, & fratris vita ſimilior pro-
eſſu, & exitu, velut infrà demon-
rabitur, quàm exordio fuit. Nam Moribus initio erãt diſſimilli-mi.
o tempore adierunt Viennam,
rum, vti vna erat ſtirps, nec longo
teruallo diſcriminata ætas; ita,
uod ſæpe vſu venit, lõgiſſimè diſſiti
ores. Paulus quanquã procul à fla- Pauli mores Viennæ.
tiis, tamen florentis æui indulgens
laritati, veſtium elegantia, copio-
, ac delicata menſa, liberiore vita;
udicris iuuẽtæ delectari: modicam
ationem habere cum Deo, pluri-
am cum paribus ſuis. Contraria Mores Staniſlai.
mnia in deliciis Staniſlao erant, ſo-
itudo, ieiunium, modeſtia cunctis
ebus, attenta cuſtodia ſenſuum,
liuturna precatio, familiares nulli,
el probatiſſimi, nullius rei potior,
quàm conſcientiæ ſuæ ratio. Quod
o magis in minore fratre miran-
dum eſt; quòd, cùm exempla omnia
ad deprauandum potentia ſint, &
domeſtica, quàm quæ maximè; ni-
hil tamen is vnquam ab ſua ſeueri-
tate

tate laxauit animum : quamuis & pelliceret, & impelleret, & propè adigeret frater. Inde autem, cùm tanta vtriuſque vitam diſſimilitudo diſtraheret, ac Paulus, vti æuo antei-bat, ita exercere in minorem fratrem dominatum æquũ duceret: ac præterea (vt is qui nondum animo Deum, cœleſtéſque iucunditates hauſerat) acerbior ex ipſa Staniſlai modeſtia fieret, nec pati poſſet rectam vitam illius, quam ad prauæ ſuæ exemplum nequibat inflectere, aſſiduum quaſi antè oculos accuſatorem obuerſari ſibi, facile eſt intelligere, quàm ſolidam neceſſe ſit fuiſſe Staniſlai virtutem, quàm exercitam patiẽtiam, & manſuetudinem. Eo ſæpe præferuidus Paulum ætatis improuidæ rapiebat impetus, vt innocentem fratrem nulla alia re, niſi, quia ad ipſius accommodare ſe nolebat mores, non verbis modò, & probris, ſed & verberibus malè acciperet. Hoc nimirum domeſtici cuiuſdam martyrij genus dilectiſſimo

B. Staniſlaus à fratre vexatur.

o ſibi adoleſcentulo, admirabili
nſilio permittente Deo: qui in-
merabiles ad Sanctorum ſuorum
obandam, excolendámque virtu-
m, ac multiplicãdas coronas, quas
inimè putarent mortales, habet
tes; ac vias.

HINC ergo multarum fœcunda
dum ſeges Staniſlao offerebatur,
ud aſſiduè cauenti, vt quàm maxi-
è placeret Deo, fratri quàm mini-
è diſpliceret. Obſeruare homi-
em, eidem placidè obſecundare in
[illegible] aduerſis cum
npigrè fungi officiis. Famulum di-
iſſes, niſi quòd, vt charitatem fra-
um, ita ſedulitatem anteibat ſer-
orum, præclaróque commercio
morem, obſequiúmque permiſcẽs,
oc voluntarium, ac verum; illum
renuum, efficacémque præſtabat.
Iullo vnquam modo conqueri,
ullam præ ſe ferre iniuriarum me-
oriam, ac ne ſenſum quidem. In-
enio vti, & ſolertia ad obtegenda
ctè facta. Cùm palàm nunc ieiuna-

Manſuetudo Staniſlai, & obſeruantia aduerſùs fratrem.

ret,

ret,alias idem vt clanculùm faceret, cauſas quibus ab communi abſtineret menſa, prudenter excogitabat. Ad precandum Deum, fruendúmque diu Beatorum congreſſu, interdiu in ædium ſecedebat abdita: noctu verò, poſtquam omnes ſopor oppreſſiſſet, tacitè ſurgebat è lectulo, ac poſitis humi genibus, in alto illo rerum omnium ſilentio, & fauentibus tenebris, diuinis vocibus, radiiſque vacabat. Vbi liceret, proripiebat ſeſe in templū, quod quamquam multùm reſpectus temperabat fratris, non poterat tamen cohiberi, quin ſæpe, ac diu faceret: quotidiéque non modò diuiniſſimum Chriſti corpus initio ſcholarum, ac fine ſalutaret; ſed etiam binis, terníſve ſacris intereſſet; feſtis autem diebus etiam ſacrōrū veſpertinæq; pſalmodiæ, quæ cum muſico concentu, atque apparatu ſplendido in templo Collegij ea tempeſtate celebrabantur, ad rerum ſacrarum maieſtatem contra hæreticos conſeruandā.

Studium, & ſolertia in pietatis officiis.

His ca

HISCE autem diuinis officiis pla-
viſu digna pietatis ſignificatione
:ererat, nixus genibus, immotus
rpore, oculis decorè ſubmiſſis,
anibus fermè ante pectus cõiun-
is. Ea verò contentione animi, &
opia ſeſe infundentis diuinitatis, vt
on raro abſtractus à ſenſibus in ex-
aſim raperetur; quod vulgatum
rat Viennæ.

Extaſes.

INCREDIBILI erga Dei Parentem
obſeruantia ferebatur; eóque nun-
quam in eius manibus vidiſſes niſi
roſarium, vel pios libellos, qui pre-
cationes, aut laudes Parentis ſan-
ctiſſimæ continerent. E cætero au-
tem numero Beatorum præcipuo
colebat ſtudio Barbaram Virginem,
eandémque Martyrem nobiliſſimã.
Nam & toto Septentrione celeber-
rima eſt huius Diuę memoria, & So-
dalitas in Viennẽſi Collegio in eius
clientela adoleſcentium erat. Et ſa-
nè adeò domi exercito pietatis cau-
ſa adoleſcẽti patrocinium eius Vir-
ginis, cui pater, quòd Numini obli-
gatam

Perſtudio ſus B. Virginis.

Et S. Barbaræ.

gatam fidem nollet fallere, pro carnifice fuerat, aptiſſimè congruebat.

Progreſſus in pietate, ac literis.

Totus denique curam fixus in cœlo Staniſlaus, etiam in exercitationibus ſcholaſticis pia tractabat argumenta, ac plurimùm cœli Reginæ laudes. Obſeruatúmque eſt, cùm principio non admodùm inter condiſcipulos emineret, paulò pòſt, cũ iam Rhetoricæ operam daret, in primorum veniſſe numerum; quamuis in ſtudia pietatis longè plus operæ, quàm in ſtudia literarum conferret. Ita pietas valet ad omnia.

Præparatio ad S. Euchariſtiam.

Mvlto quàm condiſcipuli frequentiùs diuina obibat myſteria, maioríque cum apparatu: ac poſtridie communicaturus, veſpere abſtinebat à cœna, quò purgatior ad viuum cœli panem ab mortuis terræ eſcis accederet. Denique puer ætate, vir prudentia (vt Viennenſes eius temporis loquuntur literæ) charus omnibus, moleſtus nemini, magnũ erat conſtantiæ, ac pietatis exemplum: vtque alij poſtea teſtati ſunt, etiam

etiam Sanctus habebatur.

Hæc Staniſlai vita cùm eſſet, ſatis apparebat huiuſmodi indolem haudquaquam ex mundo eſſe, neque ſæculo natam. Breui ergo diuinus eum Spiritus cœpit interiore inſtinctu rapere ad excelſa, incitare ad fortia: vt penitùs res, ac ſpes abdicaret mortales, relictíſque patria, & propinquis tranſiret ad ſortem Dei, ac religioſæ diſciplinæ veluti cultro viuẽtem ſe hoſtiam immolaret Procreatori ſuo. Quem ille inſtinctum, cùm totum latè pandens ſinum pectoris, voluntate exciperet maxima; tamen ſiue puerili pudore, ſiue quo alio metu, ne Confeſſario aperiret, ſex ſpatio menſium prohibitus eſt. Quod fortaſſe, vti Deus permiſit, quò haberet deinde innocentiſſima illa anima nonnullã plorandi; ſeſéq; deſpiciendi cauſam, quaſi tamdiu ſancto Spiritui obſtitiſſet; ita Diabolus fraudulenter curauit, ſperans aliquod lucrum ex mora. Quippe nouit improbus, quandiu occulta eſt

Vocationem religioſam aliquandiu celat.

eſt ſpirituali Duci conſciētia noſtra, interrumpi diuinæ prouidentiæ ordinem; cúmque ſingulis nobis, nec legitimè repugnantibus ſibi eſſe certandum: ea patefacta, dimicationē fore cum pluribus. Quamobrem tū ea, quæ Deus in noſtris mentibus ſerit, tum quæ ipſemet ſuperſeminat, quantùm poteſt, occulit, quò faciliùs bona Dei ſemina opprimat, & mortifera zizania ſua enutriat. Sed irritus euaſit in præſens conatus. Diuina tandem roborante gratia Staniſlaus ſuimet, mutíque Dæmonij victor egregius Ioanni Nicolao Donio è noſtro ordine viro prudenti, ac pio, cui de peccatis confitebatur, rem omnem aperuit multis cum lacrymis; protinúſque victori manna abſconditum datum eſt. Etenim tanquam obſequij ſibi accepti teſſeram, ac pignus traderet Imperator æternus, & ad ſimilia conſuefacere vellet Tyronem ſuum facinora, tātùm ei ſupernæ voluptatis ingeſſit, vt capiendæ Staniſlai cor haud ſufficeret.

Sed vbi aperit, maxima diuinitùs voluptate cōpletur.

ficeret. Inde dies, ac noctes nihil in mente eius, & ore niſi Deus, & Societas IESV. Fatigare ipſe per ſe Patres, adhibere non preces modò aſſiduas, ſed etiam lacrymas, allegare alios, Pontificium quoque legatum. Quaſi turpe duceret, quibus cæteri in Principum aulas mortalium nituntur præſidiis, ea non admoueri, vt aditus ad ſempiterni familiaritatem Principis pateſiat. Flagitat Societatem, ac Rogatores adhibet viros graues.

VERVM enimuerò fruſtra preces, & lacrymæ; fruſtra erant allegationes. Prouinciali Auſtriæ Laurentio Magio ſtabat ſententia, niſi bonam à parentibus veniam impetraret, nequaquam admittere. Nam præterquàm quòd Societati fere moris non eſt adoleſcentes ſuæ inſtitutioni creditos, aggregare ſibi parentibus inſciis; non magno antè tempore haud modica Viennę tempeſtas extiterat Nouitiorum causâ receptorum: cui tempeſtati, qui vim, ac robur dederant, ij tum pollebant plurimùm. Adhæc, cùm Poloniæ Turbarū metu non recipitur.

Regnum iam proſperè noſtris hominibus aperiretur; atque in eo Ioãnis Staniſlai parentis, ac gentis Koſkæ magna eſſet potentia, apparebat, & à Paulo Viennæ, & ab Ioanne in Polonia facilè ſuſcitari tragœdias poſſe, quæ ingens gloriæ diuinę curſui impedimentum afferrent. Et confirmabat ingenuè Staniſlaus, optimè ſibi ſuorum cognitam voluntatem, ac ſenſum: nec dubium, quin ij non ſolùm negaturi veniam, ſi peteretur, ſed acerrimè pugnaturi contrà eſſent, ſi rem alicunde reſcirent. Hæc faciebant, vt quanquam vehementer Prouincialis petitoris virtutem probaret, ſuſpiceretque conſtantiam, amplioris tamen boni ſtudio tam ſancti eum voti compotem nullo faciendum modo putaret. Haud pauci ſunt, qui dū ſancti aura Spiritus ad Religionis prouehuntur portum, ſiqua incidat mora, quaſi ad ſcopulum, conſtantiam frangunt. At Staniſlai velut interclúſo lapſu amnis, creſcebat in im-

Voto ſe ad conſtantiam firmat.

immenſum cupiditas: atque adeò, vt ſe aduersùs Diaboli, ſatellitúmq; eius iactationem firmaret, ſacram iecit ancoram, id eſt, adiecit propoſito votum, quo ſe ingreſſurum Societatem planè obſtrinxit.

INTERIM è vexatione, vt credere licet, domeſtica, patientiæ humanæ intoleranda, morbo grauiſſimo haud ſanè ad mortem, ſed vt mànifeſta fierent opera Dei in illo, corripitur. Quippe nihil ægrotatione illa Staniſlao inſignius contigit, adeò ſociabilis, adeò blanda eſt indulgétia diuina amicorum ſuorum aduerſis. In hac primùm monſtri Tartarei ſpectra minacia ſuperauit. Dein ſacroſancta Euchariſtia admirabili modo impertitus eſt. Poſtremò valetudinem quoque recuperauit diuinitùs. Sub exordia morbi Diabolus, qui famulos Dei, quos nequit peruertere, gaudet tamen vexare, teterrimi canis forma in cubiculo eius apparuit. Oculis igni ſcintillantibus, horrēdo faucium hiatu ad lectulum

Ægrotus diabolica ſpectra ſuperat.

decumbentis rapitur, & Agnum illum Christi tanquam præfocaturus, ferociter irruit. Præſenti animo æger ad preces, & victricia Crucis ſigna confugit. Ter monſtrum inſiluit; ter Staniſlaus diuinis armis repulit, vicit, abegit; vt demum negotium ei faceſſere, & apparere deſierit. Terno Satanæ propulſato impetu, vt olim Chriſto Domino Duci inuicto, ita nunc victori militi acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant. Siquidem ingraueſcente morbo, ea religioſiſſimi adoleſcentis animum cura angebat maxima, quòd verebatur, ne abſque auguſtiſſimo Viatico abeũdum eſſet è vita; cùm & fratrem non admodùm rerum curioſum diuinarum cerneret, atque hoſpitem planè hæreticum noſſet. Ergo humanis deſtitutus pręſidiis ad cœleſtia vertitur.

Angelorum manu diuiniſſimum Chriſti corpus accipit.

MENSIS erat December, ac paucis ante morbum diebus in Barbaræ ſanctæ vita, quam ſolemnia eius celebraturus legebat, ſcriptum forte repererat; qui ſeſe ei Virgini commen-

mendarent, eam non paſſuram, vt ſine ſupremis diuinorum myſteriorum præſidiis è vita concederent. Quo loco haud paulo magis, quàm, ſi theſaurũ inueniſſet ampliſſimum, lætus, tanti beneficij vt ſe quoq; Patrona ſua facere participem vellet, precibus, Sacramentiſq; Pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ ad eam rem ſuſceptis, inſtiterat. Hoc igitur in præſentia ſecum ſtudioſè reputans, cœleſti plenus fiducia, in tanta ſua neceſſitate, ac ſolitudine, vt memor ſui ſit, benigniſſimam martyrem rogat: veniſſe illud tempus, quo præcipua eius ope, ac beneficio indigeret. Ecce autem (ſingulare donum, pauciſq; conceſſum) nocte intempeſta ipſa apparet S.Barbara, duóque Angeli in claro lumine, ſacroſanctam afferentes Hoſtiam: qui, cùm ad lectulum acceſſiſſent famelici ægri, reuerenter ei porrexerunt. Atque ipſe ſumma primo cum animi demiſſione veneratus, pari deinde cum gaudio Deum cordis ſui, parentem, &

arbitrum vitæ, ſalutíſq; ſuæ ſuſcepit.

Secvndvm hoc memorabile pignus æternæ vitæ, quò beneficiis locus nouis aperiretur, inualeſcit vſq; eò morbus, vt medentes de ſalute actum penitùs pronuntiarent. Nec iam vlla Staniſlao ſupererat poſt cœleſte Viaticum ad capeſſendam verſùs cœlum viam cũctatio, cùm Beatiſſima Virgo Dei Mater paruulum filium in ſinu geſtans præſens adfuit, cõnſolans clientẽ ſuum, ac recreans. Quẽm quò vberiori ſuauitate perfunderet, puellum Ieſum in eiuſdem lectulo collocauit. Quis hîc integerrimum famuli amantiſſimi pectus ardor, quæ veneratio, quæ dulcedo compleuit, lectulum ſuum tam pulchrè floridum contemplantis? Ad ſalutis contactum fugit languor: ægróq; depoſitò non animi ſolùm mirifica allata conſolatio eſt, ſed etiam corporis reddita valetudo. Et cumulauit cœli Regina benignitatem. In digreſſu nominatim admonuit, vt Societati ſe traderet. Hinc iam pro-

Apparet ei cœli Regina cum puero Ieſu, quem in eius lectulo reponit.

Diuinitùs conualeſcit, & iubetur Societati ſe dedere.

pronum eſt coniectura conſequi, is, quem antea tantus habebat ardor Dei ſe ſeruitio dedicandi, poſtquam tot inſuper obligatus pignoribus eſt; eóq; pacto conualuit, quàm cenſeret æquum, vitam, à quo toties receperat, Auctori beneficẽtiſſimo reddere: itémque ad Societatem, poſteaquam Deiparæ acceſſit monitu, quàm auidè raperetur, vt iuſſum eius recens, votumq́; ſuum vetus expleret. Perſtabãt tamen ſurdæ, clauſæq; penitùs Prouincialis aures: vnde fiebat, vt inops conſilij cunctas verſaret in partes animum, in omnes occaſiones intentus.

Conſiliũ capit Viẽna fugiẽdi.

ERAT tum Viennæ Franciſcus Antonius, natione Luſitanus, claræ virtutis, ac doctrinæ Sacerdos, qui recèns ex Italia venerat, magnóque nomine ad Mariam Auſtriacam Maximiliani Cæſaris coniugem, Italóſque, & Hiſpanos, nationis vtriuſque lingua conciones habebat. Hunc Staniſlaus, vt nihil intentatum relinqueret, ſedulò adit, atque hunc in

„ modum affatur. Biennium Pater, „ eóque amplius eſt, cùm à Prouinciali Societatem flagito. Sed is talem „ ſermonem penitùs reſpuit, niſi à parentibus meis mihi poteſtas fiat. Auctores mihi ſunt quidam, vt cum „ Paulo meo fratre, mox in Poloniam „ rediturо, reuertar. Quippe parentes, „ vbi conſtātiam perſpexerint meam, „ nequaquam moram obſtinatè facturos. Sed mihi optimè nota ſunt „ meorum ingenia. Fruſtra ſperatur „ hæc poteſtas ab eis. Atqui, ſi poſtquam odorati rem ſint, in eorum „ veniam manus, nihil dubito, quin & „ carcer me, & vincula maneant. Nec „ verò ea (quæ Dei benignitas eſt) „ equidem virtutis gratiâ reformido. „ Verùm ad hoc vitæ inſtitutum apertè diuino vocor inſtinctu. Hic Deus „ eſſe me vult. Ad id ego dudum ſpóſione voti fidem obſtrinxi. Quietis „ partem nullam capere animus poteſt, donec promiſſum exoluam. Eóque properandum eſt magis, quòd „ rediturus in patriam, vti dicebam, pro-

propediem Paulus , reducere me „
quoque conabitur. Quo loco nulla „
mihi fidei liberandæ, Deóq; ſeruien- „
di facultas afforet. Fer igitur conſi- „
lium per Deum Pater, opémque. De- „
liberatum mihi quidem eſt, niſi ali- „
ter cenſeas, alias adire prouincias, „
tandiúque peregrinari, ac perſeue- „
rare pulſando, quoad alicubi tan- „
dem oſtium ex voto pandatur. Frá-
ciſcus Antonius, qui & fama iam, &
ſua quoque experientia virtutem
adoloſcētuli ætate maturiorem no-
rat, planéq; videre ſibi in eo videba-
tur dexteræ excelſi opus, multis Deo
factis precibus, demũ reſpondit, ſpe-
rare ſe, ſi Auguſtā ad Petrũ Caniſium
ſuperioris Germaniæ Prouincialem,
vel ad extremum, Romam ad Fran-
ciſcum Borgiam Generalem Præpo-
ſitum pergeret, ab eorum alterutro
receptum iri. Nullam enim formi-
daturos inuidiam, ſi adoleſcentem
poſt tam longam peregrinationem,
tam procul domo, & omnium re-
rum egenum ſuſcipiant. Nullum

gatam fidem nollet fallere, pro carnifice fuerat, aptiſſimè congruebat, Totus denique curam fixus in cœlo Staniſlaus, etiam in exercitationibus ſcholaſticis pia tractabat argumenta, ac plurimùm cœli Reginæ laudes. Obſeruatúmque eſt, cùm principio non admodùm inter condiſcipulos emineret, paulò pòſt, cũ iam Rhetoricæ operam daret, in primorum veniſſe numerum; quamuis in ſtudia pietatis longè plus operæ, quàm in ſtudia literarum conferret. Ita pietas valet ad omnia.

Progreſſus in pietate, ac literis.

Præparatio ad S. Euchariſtiam.

MVLTO quàm condiſcipuli frequentiùs diuina obibat myſteria, maiorique cum apparatu: ac poſtridie communicaturus, veſpere abſtinebat à cœna, quò purgatior ad viuum cœli panem ab mortuis terræ eſcis accederet. Denique puer ætate, vir prudentia (vt Viennenſes eius temporis loquuntur literæ) charus omnibus, moleſtus nemini, magnũ erat conſtantiæ, ac pietatis exemplum: vtque alij poſtea teſtati ſunt,

etiam

etiam Sanctus habebatur.

Hæc Staniſlai vita cùm eſſet, ſatis apparebat huiuſmodi indolem haudquaquam ex mundo eſſe, neque ſæculo natam. Breui ergo diuinus eum Spiritus cœpit interiore inſtinctu rapere ad excelſa, incitare ad fortia: vt penitùs res, ac ſpes abdicaret mortales, relictíſque patria, & propinquis tranſiret ad ſortem Dei, ac religioſæ diſciplinæ veluti cultro viuĕtem ſe hoſtiam immolaret Procreatori ſuo. Quem ille inſtinctum, cùm totum latè pandens ſinum pectoris, voluntate exciperet maxima; tamen ſiue puerili pudore, ſiue quo alio metu, ne Confeſſario aperiret, ſex ſpatio menſium prohibitus eſt. Quod fortaſſe, vti Deus permiſit, quò haberet deinde innocentiſſima illa anima nonnullā plorandi; ſeſéq; deſpiciendi cauſam, quaſi tamdiu ſancto Spiritui obſtitiſſet; ita Diabolus fraudulenter curauit, ſperans aliquod lucrum ex mora. Quippe nouit improbus, quandiu occulta eſt

Vocationem religioſam aliquandiu celat.

eſt ſpirituali Duci conſciētia noſtra, interrumpi diuinæ prouidentiæ ordinem; cùmque ſingulis nobis, nec legitimè repugnantibus ſibi eſſe certandum: ea patefacta, dimicationē fore cum pluribus. Quamobrem tū ea, quæ Deus in noſtris mentibus ſerit, tum quæ ipſemet ſuperſeminat, quantùm poteſt, occulit, quò faciliùs bona Dei ſemina opprimat, & mortifera zizania ſua enutriat. Sed irritus euaſit in præſens conatus. Diuina tandem roborante gratia Staniſlaus ſuimet, mutíque Dæmonij victor egregius Ioanni Nicolao Donio è noſtro ordine viro prudenti, ac pio, cui de peccatis confitebatur, rem omnem aperuit multis cum lacrymis; protinúſqne victori manna abſconditum datum eſt. Etenim tanquam obſequij ſibi accepti teſſeram, ac pignus traderet Imperator æternus, & ad ſimilia conſuefacere vellet Tyronem ſuum facinora, tãtùm ei ſupernæ voluptatis ingeſſit, vt capiendæ Staniſlai cor haud ſufficeret.

Sed vbi aperit, maxima diuinitùs voluptate cōpletur.

Flagitat Societatem, ac Rogatores adhibet viros graues.

ficeret. Inde dies, ac noctes nihil in mente eius, & ore niſi Deus, & Societas IESV. Fatigare ipſe per ſe Patres, adhibere non preces modò aſſiduas, ſed etiam lacrymas, allegare alios, Pontificium quoque legatum. Quaſi turpe duceret, quibus cæteri in Principum aulas mortalium nituntur præſidiis, ea non admoueri, vt aditus ad ſempiterni familiaritatem Principis patefiat.

Turbarũ metu non recipitur.

VERVM enimuerò fruſtra preces, & lacrymæ; fruſtra erant allegationes. Prouinciali Auſtriæ Laurentio Magio ſtabat ſententia, niſi bonam à parentibus veniam impetraret, nequaquam admittere. Nam præterquàm quòd Societati fere moris non eſt adoleſcentes ſuæ inſtitutioni creditos, aggregare ſibi parentibus inſciis; non magno antè tempore haud modica Viennę tempeſtas extiterat Nouitiorum causâ receptorum: cui tempeſtati, qui vim, ac robur dederant, ij tum pollebant plurimùm. Adhæc, cùm Poloniæ

Regnum iam proſperè noſtris hominibus aperiretur; atque in eo Ioãnis Staniſlai parentis, ac gentis Koſkæ magna eſſet potentia, apparebat, & à Paulo Viennæ, & ab Ioanne in Polonia facilè ſuſcitari tragœdias poſſe, quæ ingens gloriæ diuinę curſui impedimentum afferrent. Et confirmabat ingenuè Staniſlaus, optimè ſibi ſuorum cognitam voluntatem, ac ſenſum: nec dubium, quin ij non ſolùm negaturi veniam, ſi peteretur, ſed acerrimè pugnaturi contrà eſſent, ſi rem alicunde reſcirent. Hæc faciebant, vt quanquam vehementer Prouincialis petitoris virtutem probaret, ſuſpicerétque conſtantiam, amplioris tamen boni ſtudio tam ſancti eum voti compotem nullo faciendum modo putaret. Haud pauci ſunt, qui dũ ſancti aura Spiritus ad Religionis prouehuntur portum, ſiqua incidat mora, quaſi ad ſcopulum, conſtantiam frangunt. At Staniſlai velut intercluſo lapſu amnis, creſcebat in im

Voto ſe ad conſtantiam firmat.

immenſum cupiditas: atque adeò, vt ſe aduersùs Diaboli, ſatellitúmq; eius iactationem firmaret, ſacram iecit ancoram, id eſt, adiecit propoſito votum, quo ſe ingreſſurum Societatem planè obſtrinxit.

INTERIM è vexatione, vt credere licet, domeſtica, patientiæ humanæ intoleranda, morbo grauiſſimo haud ſanè ad mortem, ſed vt màniſeſta fierent opera Dei in illo, corripitur. Quippe nihil ægrotatione illa Staniſlao inſignius contigit, adeò ſociabilis, adeò blanda eſt indulgẽtia diuina amicorum ſuorum aduerſis. In hac primùm monſtri Tartarei ſpectra minacia ſuperauit. Dein ſacroſancta Euchariſtia admirabili modo impertitus eſt. Poſtremò valetudinem quoque recuperauit diuinitùs. Sub exordia morbi Diabolus, qui famulos Dei, quos nequit peruertere, gaudet tamen vexare, teterrimi canis forma in cubiculo eius apparuit. Oculis igni ſcintillantibus, horrẽdo faucium hiatu ad lectulum

Ægrotus diabolica ſpectra ſuperat.

decumbentis rapitur, & Agnum illum Chriſti tanquam præfocaturus, ferociter irruit. Præſenti animo æger ad preces, & victricia Crucis ſigna confugit. Ter monſtrum inſiluit; ter Staniſlaus diuinis armis repulit, vicit, abegit; vt demum negotium ei faceſſere, & apparere deſierit. Terno Satanæ propulſato impetu, vt olim Chriſto Domino Duci inuicto, ita nunc victori militi acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant. Si quidem ingraueſcente morbo, ea religioſiſſimi adoleſcentis animum cura angebat maxima, quòd verebatur, ne abſque auguſtiſſimo Viatico abeũdum eſſet è vita; cùm & fratrem non admodùm rerum curioſum diuinarum cerneret, atque hoſpitem planè hæreticum noſſet. Ergo humanis deſtitutus prȩſidiis ad cœleſtia vertitur.

Angelorum manu diuiniſſimum Chriſti corpus accipit.

Mensis erat December, ac paucis ante morbum diebus in Barbaræ ſanctæ vita, quam ſolemnia eius celebraturus legebat, ſcriptum fortè repererat; qui ſeſe ei Virgini commen-

mendarent, eam non paſſuram, vt ſine ſupremis diuinorum myſteriorum præſidiis è vita concederent. Quo loco haud paulo magis, quàm ſi theſaurũ inueniſſet ampliſſimum, lætus, tanti beneficij vt ſe quoq; Patrona ſua facere participem vellet, precibus, Sacramentiſq; Pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ ad eam rem ſuſceptis, inſtiterat. Hoc igitur in præſentia ſecum ſtudiosè reputans, cœleſti plenus fiducia, in tanta ſua neceſſitate, ac ſolitudine, vt memor ſui ſit, benigniſſimam martyrem rogat: veniſſe illud tempus, quo præcipua eius ope, ac beneficio indigeret. Ecce autem (ſingulare donum, paucíſq; conceſſum) nocte intempeſta ipſa apparet S. Barbara, duóque Angeli in claro lumine, ſacroſanctam afferentes Hoſtiam: qui, cùm ad lectulum acceſſiſſent famelici ægri, reuerenter ei porrexerunt. Atque ipſe ſumma primo cum animi demiſſione veneratus, pari deinde cum gaudio Deum cordis ſui, parentem, &

arbitrum vitæ, ſalutíſq; ſuæ ſuſcepit.

Secvndvm hoc memorabile pignus æternæ vitæ, quò beneficiis locus nouis aperiretur, inualeſcit vſq; eò morbus, vt medentes de ſalute actùm penitùs pronuntiarent. Nec iam vlla Staniſlao ſupererat poſt cœleſte Viaticum ad capeſſendam verſùs cœlum viam cũctatio, cùm Beatiſſima Virgo Dei Mater paruulum filium in ſinu geſtans præſens adfuit, cónſolans clientē ſuum, ac recreans. Quem quò vberiori ſuauitate perfunderet, puellum Ieſum in eiuſdem lectulo collocauit. Quis hîc integerrimum famuli amantiſſimi pectus ardor, quæ veneratio, quæ dulcedo compleuit, lectulum ſuum tam pulchrè floridum contemplantis? Ad ſalutis contactum fugit languor: ægróq; depoſitò non animi ſolùm mirifica allata conſolatio eſt, ſed etiam corporis reddita valetudo. Et cumulauit cœli Regina benignitatem. In digreſſu nominatim admonuit, vt Societati ſe traderet. Hinc iam pro-

Apparet ei cœli Regina cum puero Ieſu, quem in eius lectulo reponit.

Diuinitùs conualeſcit, & iubetur Societati ſe dedere.

pronum eſt coniectura conſequi, is, quem antea tantus habebat ardor Dei ſe ſeruitio dedicandi, poſtquam tot inſuper obligatus pignoribus eſt; eóq; pacto conualuit, quàm cenſeret æquum, vitam, à quo toties receperat, Auctori beneficẽtiſſimo reddere: itémque ad Societatem, poſteaquam Deiparæ acceſſit monitu, quàm auidè raperetur, vt iuſſum eius recens, votumq; ſuum vetus expleret. Perſtabãt tamen ſurdæ, clauſæq; penitùs Prouincialis aures: vnde fiebat, vt inops conſilij cunctas verſaret in partes animum, in omnes occaſiones intentus.

ERAT tum Viennæ Franciſcus Antonius, natione Luſitanus, claræ virtutis, ac doctrinæ Sacerdos, qui recèns ex Italia venerat, magnóque nomine ad Mariam Auſtriacam Maximiliani Cæſaris coniugem, Italóſque, & Hiſpanos, nationis vtriuſque lingua conciones habebat. Hunc Staniſlaus, vt nihil intentatum relinqueret, ſedulò adit, atque hunc in

Conſiliũ capit Viẽna fugiẽdi.

„ modum affatur. Biennium Pater,
„ eóque amplius eſt, cùm à Prouin-
„ ciali Societatem flagito. Sed is talem
„ ſermonem penitùs reſpuit, niſi à pa-
„ rentibus meis mihi poteſtas fiat. Au-
„ ctores mihi ſunt quidam, vt cum
„ Paulo meo fratre, mox in Poloniam
„ redituro, reuertar. Quippe parentes,
„ vbi conſtãtiam perſpexerint meam,
„ nequaquam moram obſtinatè fa-
„ cturos. Sed mihi optimè nota ſunt
„ meorum ingenia. Fruſtra ſperatur
„ hæc poteſtas ab eis. Atqui, ſi poſt-
„ quam odorati rem ſint, in eorum
„ veniam manus, nihil dubito, quin &
„ carcer me, & vincula maneant. Nec
„ verò ea (quæ Dei benignitas eſt)
„ equidem virtutis gratiâ reformido.
„ Verùm ad hoc vitæ inſtitutum aper-
„ tè diuino vocor inſtinctu. Hic Deus
„ eſſe me vult. Ad id ego dudum ſpõ-
„ ſione voti fidem obſtrinxi. Quietis
„ partem nullam capere animus po-
„ teſt, donec promiſſum exoluam. Eó-
„ que properandum eſt magis, quòd
„ rediturus in patriam, vti dicebam,
pro-

propediem Paulus , reducere me ,,
quoque conabitur. Quo loco nulla ,,
mihi fidei liberandæ,Deóq; ſeruien- ,,
di facultas afforet. Fer igitur conſi- ,,
lium per Deum Pater,opémque.De- ,,
liberatum mihi quidem eſt, niſi ali- ,,
ter cenſeas, alias adire prouincias, ,,
tandiúque peregrinari, ac perſeue- ,,
rare pulſando, quoad alicubi tan- ,,
dem oſtium ex voto pandatur. Frã-
ciſcus Antonius, qui & fama iam,&
ſua quoque experientia virtutem
adoloſcẽtuli ætate maturiorem no-
rat, planéq; videre ſibi in eo videba-
tur dexterę excelſi opus,multis Deo
factis precibus,demũ reſpondit,ſpe-
rare ſe,ſi Auguſtã ad Petrũ Caniſium
ſuperioris Germaniæ Prouincialem,
vel ad extremum,Romam ad Fran-
ciſcum Borgiam Generalem Præpo-
ſitum pergeret, ab eorum alterutro
receptum iri. Nullam enim formi-
daturos inuidiam, ſi adoleſcentem
poſt tam longam peregrinationem,
tam procul domo, & omnium re-
rum egenum ſuſcipiant. Nullum.

fermè eſt præſtantium facinorum conſilium, quod non videatur præcipiti proximum. Quædam tamen, quæ præſertim conſulto antè Deo ſuſcipiuntur, ab ipſo inſpirata Numine, euentus (alioquin malus conſiliorum arbiter) oſtendit: vti in hac Franciſci Antonij oratione contigit: quam Staniſlaus accepit, expertúſq; pro oraculo eſt.

Habitu pauperis fugam capeſſit. OBLATA igitur ſpe recreatus, in occaſionem imminebat fugæ: quam breui fratris aſperitas obtulit. Cùm enim more ſuo innoxium Staniſlaũ malè admodùm Paulus accepiſſet; is, qui mira antè patientia, exercendæ virtutis materia lætabatur, tum animo quidem placido, ſed per quãdam indignabundi ſpeciem. Profe-
" ctò, inquit, ad hunc me habere mo-
" dum ſi pergis, eris in cauſa, vt abripiã
" me aliquò fuga: tibíq; de me paren-
" tibus reddenda ratio erit. Cùm Pau-
" lus ad hæc, eo magis furens, quo ad voces eiuſmodi inſolentior, iret, faceſſeret, reſpondiſſet; Staniſlaus ſi-

lentio

lentio vilem linteum amictum comparat, & cętera faciendo itineri pauperum in morem accommoda, magnámq; noctis partem in precibus ponit. Die poſtero bene manè, antequam ſurgeret è lecto Paulus, ſerióne abeundi faceret poteſtatem, interrogat, eóq; rurſus cum ſtomacho abigente; poſito, quo priùs vti cogebatur, honeſtiore veſtitu, ſumptóq; ruſticani pueri, quem parauerat, habitu, raptim ad Collegium pergit; audit ſacrum, diuiniſſimo ſe pane corroborat, acceptíſque ex Franciſco Antonio ad Caniſium, & Borgiã literis iter ingreditur, eo conſilio, & quidem religione voti firmato, nunquam vt domum rediret, nullúmq; faceret peregrinandi, victúmque interim emendicandi finem, quoad in tam ſibi optatum ordinem peruiam alicubi rimulam inueniret. Ibat tanquam diuinæ gratiæ vectus alis nouellus Iacob, è cognatione, domóq; paterna euocantem Deum ſequens. Bacillus in manu, vilis galerus in ver-

tice, rude corpori tegmen, Deus, & Chriſtus Ieſus in corde, nec dubius circa cœleſtium Patronorum, ſuarúmq; comitatus virtutum. Haud multo pòſt Viennæ, cùm domi non appareret, ac Paulum conſcius remorderet animus, quaſi fratrem ſæuitia ſua grauiùs de ſe aliquid conſulere adegiſſet, ipſe, ac pædagogus, & is, apud quem diuerſabantur, ad Collegium trepidè accurrunt, rogitántque quid factum Stanilao ſit. Nil inde certum reportant. Sed Vngari adoleſcentis indicio, & literis, quas ad hanc rem ipſe Staniſlaus reliquerat, tandem cognita fuga, ciſiis conductis in diuerſas feſtinant partes. Rumor fuit ad maleficam fœminam itum, eámque docuiſſe, qua parte nobilis exul egreſſus, qua via inueniendus foret. Eáque via, quam Maga monſtraſſet, hoſpitem ciſio velociter eodem veſpere ad eum locum peruolaſſe, in quem glorioſa fuga inclytus Chriſti miles diuerterat: cúmque iam propè haberet eum in

Manus inſequentium non ſine miraculo euadit.

in manibus, equos cōſternatos concidiſſe vt progredi vltrà non poſſent; & ipſe auriga attonitus exclamaret, nunquam ſibi tale quid ad id temporis contigiſſe: atque hoc tanquam portento exterritum hoſpitem ab inſectando deſtitiſſe, retrò, vnde venerat, curſu repentè conuerſo. Hoc modo, & aditam fugam, & equos exterritos annuę Viennenſis Collegij literæ recentiſſima re, Calendis Septembribus anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo ſcriptæ, Franciſco Generali, totíque Societati nuntiant. Eáque narratio his clauditur verbis. Quid adhuc futurum ſit, Deus nouit. Speramus tamen id non ſine Dei conſilio contigiſſe, vt ita abiret. Adeò enim conſtans ſemper fuit; vt non pueriliter, ſed cœleſti quadam inſpiratione commotus fuiſſe videatur.

Alivd quidā admirandū, & ipſum egregiè teſtatum adiiciunt. Cùm inſectantes ita iam Staniſlaū aſſequuti eſſent, vt facilè, quamuis mutato habitu

habitu poſſent agnoſcere, ipſeque eos optimè cognouiſſet, ipſum tamen agnitum non fuiſſe. Præterea cùm aliquando in hæreticorum fanum eſſet ingreſſus; ídque, quantùm monſtrabat prima facies, Catholicorum templũ ratus, diuinum epulum expeteret; re ſubinde cognita, vehementer ploranti tam pręclaram ſpẽ ſibi euanuiſſe; turſus, quemadmodum olim dum ægrotaret, panem Angelorum Angeli manu porrectum. Inter hæc clemẽtiſſimi Numinis beneficia ob literarum vetuſtarum cuſtodiã incorrupta, & fortaſſe alia, quæ ego, ne quid minùs certum prodam, libens omitto: demum ab longa peregrinatione ſoſpes ad Caniſium peruenit. Vbi ille vir ſapiens, ac ſanctus, Germaniæque Apoſtolus ex ordine cauſam viæ cognouit, vidítque ardorem, ac ſubmiſſionem, quibus peregrinus pro impetranda Societate certabat, vehemẽter indolem, & vacationem probauit: præterquàm quòd & tan-

tùm exhauſtum laborum, & emicãs in vultu pietas, & verba neſcio quid vltra annos; & humanam imbecillitatem ſpirantia, fidem perſpicuè faciebant, fortis eius adoleſcentem ab ſancto Spiritu agi.

Itaqve bonam oſtentat ſpem. Interim tamen, ſiue vt amplius de virtute eius periculum faceret, ſiue vt ſpecularetur, numquid propinqui mouerent, tantiſper Dilingæ humiles vulgò labores ſuſcipere, & ſeruilia tractare opera, Conuictorũ in ædibus iubet. Hæc nobilem hoſpitẽ hoſpitalis humanitas; hæc fatigatum viatorem quies excepit. Quod equidem non arbitror abſque ſingulari quodam conſilio, & benignitate Numinis cecidiſſe, nouam famulo ſuo virtutis exercendæ materiam ſuggerentis. Nam quid attinebat adeò perſpectam ampliùs explorare conſtantiam? Et, ad propinquorum ſpeculandos motus, haberi hoſpitis nomine aliquandiu poterat. Deus igitur eam Caniſio pru-

Dilingæ ſeruilib. miniſteriis fungitur.

dentiſſimo viro, miniméque auſtero mentem iniecit, vt ſuo fideli operario in breui conſummando facultatē offerret explendi tempora multa; & cui exiguam laboris horam, ſed mercedem deſtinarat ampliſſimam, ei merita, & decora quaſi per compendia properaret. Sanè Staniſlaus, qui iam vilem induerat habitum, eum ſequuturus; qui, cùm Dominus eſſet omnium, ſerui formam aſſumpſit, vehementer gauiſus eſt, re quoque, & actione eiuſdem ſe inſignibus decorari. Sic eſt fermè nobilitas: vbique ſe effert. Quicquid obeundum eſt, obit ſplendidè. At Staniſlai humilia inter munia, haud natiua ſolùm generoſitas, ſed multo clariùs vera eminebat indoles Chriſtianæ, id eſt, diuinæ nobilitatis. Nō ille ſolùm nihil dedignabatur ſiue ad menſam, ſiue in cæteris quotidiani vſus officiis ſeſe inferioribus miniſtrare; ſed tanta id cura, ſtudio, veneratione faciebat, planè vt oſtenderet Deo ſe magis, quàm homini-

bus ſeruire: nec mercenariam exhibere operam, nec creſcendi ex abiectione ambire cauſam; ſed eſſe officioſiſſimum humilitatis ſanctæ candidatum. Ita demum ſe geſſit, vt breui in ſe omnium conuerteret oculos: nec ſolùm mirè Patribus in vocatione conſtantiam, & fidelitatem in miniſterio probaret ſuam; verùm etiam magnam concitaret de ſe expectationem; vti Caniſius ad Generalem Præpoſitum ſcribit.

CÆTERVM ſuauiſſimus ille floſculus Romanę debebatur amœnitati. Nonnullus haud dubiè ſuberat Caniſio timor, ne, ſi Staniſlao recepto, quem Viennéſes recipiendum non putarant, turbarum quicquam cooriretur, tota in ſe tempeſtas incumberet. Nec ſecurus agebat Staniſlaus, qui quamuis tantùm abeſſet, haud tamen omnino ſatis diſtare ſe ab ſuis exiſtimabat, more vehementer amantium, qui omnia tuta timent. Adhæc, neſcio quomodo maiorem indulgēdi feruori ſuo, ampli- *Romam pedes mittitur.*

amplificandæque virtutis opportunitatem Romæ ſibi fore opinabatur. Quæ cùm Caniſius elicuiſſet, pro idonea habuit cauſa Romam eum deſtinandi priùs etiam, quàm reſponſum ab vrbe, vti mos erat, opperiretur. Ergo cùm duos eo ipſo autumno è Societate Iacobum Leuantium, & Raynerum Leodiéſem mitteret, tertium iis comité Staniſlaum adiunxit, laudás illũ Generali Borgiæ, ac præclara de eo ſperari ſignificans. Tantúmq; itineris Vienna Dilingam, Dilinga Romã, quod ſummam millium paſſuum Italica menſura mille ac ducentorum implet, adoleſcens prænobilis, nec viæ, nec graui cuipiam aſſuetus labori confecit pedes. Tantùm ſcilicet virium ex animi affluentia ad imbecillitatem corporis redundabat. Sed non potuit mortalis infirmitas quantùm dabatur, accipere. Itaque quàm Romam demum peruenit ſpiritu recens, ac vegetus, tam feſſo, maléq; affecto corpuſculo; vt

ali-

aliquot dies præcipua recreandus cura fuerit, priuſquàm ad religioſi ſtadij labores admitteretur. Quinto Kalend. Nouēbris anno à partu Virginis 1567. die ſanctis Apoſtolis Simoni & Iudæ ſacro, plenus gaudio, tanquam votorum finem adeptus, in Nouitiorum adſcriptus eſt numerum.

Degebant Romæ ea tempeſtate, & apud Profeſſos ad ſanctæ Mariæ à Strata, vbi nunc Farneſiana Baſilica eſt; & ad ſancti Andreæ in colle Quirinali Nouitij. Hæc enim tum primùm domus exoriens non multos admodùm capiebat. Quidam etiam in Romanum Collegium, præter eos, qui ibidem priore abſoluto rudimentorum anno, dabant operam literis, periclitandi humilium functione munerum, mittebantur. Tres haſce ſancta in vrbe Societatis domos præſentia ſua, ſanctáque conuerſatione Staniſlaus exhilarauit, honeſtauítque. Nam cùm admiſſus eſſet ad Profeſ-

In Societatem adlegitur.

ſorum

ſorum domum, móxque in Romano Collegio miniſterio coquinæ defunctus; poſtremò ad S. Andreæ tranſlatus, in ea noua Tyronum palæſtra, tantùm olim amplificanda, ac principe tota in Societate futura, non ſolùm exactum virtutis exemplum, ſed etiam beatum corporis ſui depoſitum ad ſolatium, & incitamentum Tyronibus omnium poſterarum ætatum reliquit. Præerat inſtituendis Nouitiis apud Profeſſos Alfonſus Ruitius, in Colle Quirinali Iulius Fatius paulo antè è Luſitania, vbi multos annos egerat, in Italiam reuocatus: ambo pietate, ac prudentia, magníſque in Societate antè, ac poſtea muneribus noti.

Florentiſſimũ fuit eo anno Romanũ Tyrocinium.

Plane felix Religioni annus ibat, vt pauca poſſint notari tempora, quibus Romanum Tyrocinium pari egregiorum alumnorum prouentu floruerit. Aderat inclytus diuinæ ſcientiæ Doctor Franciſcus Turrianus, is qui Romæ, ínque Concilio Tridentino, quò Pontifex Pius IV. in

Aderant Franciſcus Turrianus.

in ſuis cum Theologis miſerat, multáſque apud nationes diſputationibus, atque editis voluminibus celeber, propè ſexagenarius, ex tanto Theologicæ ſubtilitatis magiſtro, obſequentiſſimum ſe ſimplicitatis Religioſæ diſcipulum fecerat. Ad erat alter Staniſlaus Polonę item nationis, è Varſcuitiorum familia nobili: qui, cùm Regi à ſecretis, collegarúmque in eo munere princeps fuiſſet, recuſato Epiſcopatu, aliiſque, quibus abundabat Eccleſiaſticis abdicatis honoribus, Polonica in primis, ac Romana aula mirantibus, nō modò ſe, ſed etiam aliquot è ſua familia pellectos. Societati tradiderat: iſq; primus; ſimul ac Beatus noſter obiit, vitam eius literis conſignauit. Aderant Franciſcus Leonius, & Hieronymus Iſuntia, ſiue Olauius: ille iuris Pontificij notitia clarus, ex eorum numero Iureconſultorum, qui Pontificis iuſſu Gratiani Decretum recognouêre: hic Martini Olauij doctiſſimi viri germanus frater, diues, & ho-

Staniſlaus Varſcuitius, &c.

&honoratus Sacerdos;inde ab vrbe Victoria Romam profectus, vt Societatis ſpiritum è Romano hauriret fonte. Atque aliis,ne lōgum faciam, prætermiſſis (quibus paucis pòſt

Acceſſit Rodulphus Aquauiua, deinde Martyr.

mēſibus acceſſit Rodulphus Aquauiua Ioānis Hieronymi Ducis Atriæ filius,ex iis planè terrę Angelis,quos initio deſcripſi, adoleſcens: cui tandem Numinis benignitas reliqua ornamenta etiam Martyrij glorioſo ſtemmate decorare, & conſecrare

Aderat iam Claudius Aquauiua, deinde Præpoſitus Generalis.

dedit in India) aderat Claudius Aquauiua hodie Societati IESV Præpoſitus Generalis, Rodulphi patruus, qui ex Cubiculario Pontificis Pij Quinti ſummè gratioſo, ampliſſimos honores,quos habebat in proximo,& cuncta mortalia Euangelicę nuditati, Crucíſque obſequiis poſthabuerat. Atque huic, quanquam

Is B. Staniſlao exercitationes ſpiritus propoſuit.

recenti diſcipulo, tamen iam ad docendum maturo, Staniſlaus ſpiritualibus exercitationibus de more excolendus traditur. Verùm cùm is ad prima fere verba de rebus diuinis

ſolue-

ſolueretur in lacrymas , dicebat Claudius,ſibi accipiendi potiùs,quã tradendi exercitationes eas munus impoſitum. In eo ſeceſſu Staniſlaus ab pueritia vltima repetitam confeſſionem cum Patre Ruitio inſtituit: ex qua poſt eius obitum profeſſus eſt Ruitius,animum ab ſe innocentiſſimum perſpectum, totáque vita nunquam lethifera noxa cõtactum.

Acres à parente literas B. Staniſlaus accipit.

INTERIM Ioannes Staniſlai pater fugâ eius cognitâ grauiſſimè indoluit. Sed, cùm ſentiret quicquid ad rem diſturbandam moueret, fruſtra fore , quòd tractanda res eſſet Romæ,ac Pio V. Pontifice,more plerorumque mortalium,perinde æſtimare res verè, atque amare liberos neſcius , iram , dolorémque plenis minarum,probrorúmque datis ad eundem literis euomuit. Aiebat inuſtam puerili leuitate eius maculam ſplendori gentisKoſtkæ;inhumaniſſimè ſe,impiéque deſertum,deſtitutum,proditum:ſuum filium viliſſimi inſtar mendiculi erronem,ac fugitiuum,

uum, Germania tota, Italiáq; conſpectum. In hac puerili fatuitate ſi perſeuerare haberet in animo, caueret vnquã reuiſeret Poloniam: nuſquam adeò fore tutum, vnde vi non extraheret; próq; torquibus aureis, quos antè geſtaſſet, geſtaturúſq; fuiſſet, ſi ingenium ſuis dignum natalibus voluiſſet induere, oneratum ferro in tetrum coniecturum carcerem, vbi nunquam auram lúcis hauriret.

Literis parentis piè conſtãtérque reſpõdet.

HAS literas cùm de Staniſlai virtute certi Moderatores ei reddidiſſent, continuò legenti, vt habebat promptiſſimas, eruperunt ex oculis lacrymæ: quidq; fleret interrogatus, miſeram ſe parẽtum ſuorum deplorare cœcitatem reſpondit, qui dona Dei vſque adeò ignorarent. Inde iuſſus ad eas literas reſpondere; in hanc ſententiam grauiter, pieq; reſcripſit. Cùm ſe Deus Dominus in familiarium ſuorum recepiſſet numerum, nullam parenti eſſe dolẽdi, ſed multiplicem lætandi cauſam. Nam ad ipſum quoque pertinere huius beneficij

neficij partem, qui filium in cœleſtis Principis haberet àula; idq; ſine impenſa, & cura: quod nequaquam ij ſortiuntur patres, qui apud Principes nihilominùs, quã ipſi ſint mortales, liberos collocant: ſe quidem indignum, qui ob Dei amorẽ quicquam perpetiatur: ſi tamen pro ſua clementia Chriſtus Ieſus tam multa pro nobis paſſus, tanto beneficio dignaretur, haud optatius, ac beatius quicquam poſſe ſibi in hac vita cõtingere. Proinde quæ ille minas putaret, ſua eſſe vota. Cæterùm ſciret ſe dudum ſempiternæ Maieſtati fidem obligaſſe, quoad ſpiritus mortales artus regeret, in paupertate, caſtitate, obedientia eidem ſeruiturum; citiùs quàm vt hanc fidem fallat, extrema omnia, necémque vel acerbiſſimam perpeſſurum. Ipſi quoq; parenti longè fore conſultius, ſi filium ſponte tradat, commendétque Deo, & gratiam ei depoſcat, qua vocationis inæſtimabili dono perſeuerantèr ad finem vſque reſpondeat, quàm ſi

faceſſere negotium ei conetur. Ho
enim, & irritum, & ipſi præterea no
xium, illud verò ſalutiferum vtriqu
fore. Hæc fere Staniſlao ad Profe
ſorum domum agenti, quæ quiden
diſtinctè memoria conſeruauerit, e
uenêre.

Inuiſentem Cardinalem cupit adire in ſordida veſte.

EIVS temporis, quo in Romano
fuit Collegio duæ res præcipuè me
morantur. Prima, cùm eius viſendi
causâ Ioannes Franciſcus Commen-
donus Cardinalis veniſſet, Staniſlaū
abundè ſe humilitatis inſignibus or-
natum exiſtimantem, prodire ad il-
lum, ita vt erat, in obſoleto, quo mi-
niſterij ſui causâ vtebatur, veſtitu vo-
luiſſe; niſi Patres habendam magis
rationē ampliſſimæ Cardinalis per-
ſonæ, quàm Staniſlai feruoris duxiſ-
ſent. Nôrat Commēdonus ex mul-
tis legationibus per Septentrionem
obitis gentem Koſtkam; ſatíſq; Vié-
næ Staniſlai virtutem perſpexerat:
quare & hanc, & familiæ eius nobi-
litatem perhonorifico in digreſſu te-
ſtimonio Patribus commendauit.

Sed

Sed illud, quanto & apud homines, quódque capit eſt, apud Deum adoleſcens in pretio eſſet, clariùs oſtendit. Domeſti is pro nota, & conſtanti probitate, quanquam adeò modicæ ætatis, recentíſque diſciplinæ, venerationi omnibus erat: fuítque, qui grauiter animo perturbatus, eiúſque precibus multùm tribuens, pro ſe vt Deum precaretur, orauit. Cui Staniſlaus. Pariter, inquit, concedamus in templum, & ante diuiniſſimum Sacramentum fundamus preces; eíque nos commendemus. Eunt protinus. Habet Staniſlaus non tam longam, quàm ardentem precationem; ac repentè ea tetra curarũ nubes euanuit: ménſque ſocio ita conſerenauit; vt confeſtim è templo, non omni modò ſolutus perturbatione receſſerit; verùm etiam inſigni conſolatione plenus, & gaudio: quod hodiéque ſuperſtes perſpectæ fidei Sacerdos, idẽ & Concionator cum excellenti virtutis Staniſlai teſtificatione ritè; ac

Trãquillitatem animi precibus à Deo vni fratrũ impetrat.

ſanctè confirmat.

Communia pietatis munera obit ſingulari cū laude.

AD vltimum tranſlatus Staniſlaus ad ſancti Andreæ, adeò cunctis in rebus abſolutam honeſti formam tenore æquabili tenuit, expreſsitque, vt vel conſueta domeſticæ diſciplinę munera obiens quendam iis ſplé-dorem inſolitum, & lucem adderet. Itaq; etiam tum, cùm eadem ſolùm, quæ cæteri, faciebat; plura tamen, atque ampliora videbatur præſtare quàm cæteri; ac ſanè præſtabat: cùm potiùs quomodo, quàm quid facias ſpectandum ſit: nec raro qualitas operis in opus euadat. Ergo viuum omnibus erat cunctarum laudum exemplum: quódque magis eſt mirum, Inſtitutores Nouitiorum non dubitabant palàm, dum adhuc viueret, pro exemplo Sodalibus ad imitandum proponere. Eius modeſtia vultus, oculorum, inceſſus, motuum omnium, parſimonia loquendi, verborum meditatio erat ſumma. In cœleſti illa oris ſpecie ita color emicabat candidiſſimæ mentis, & puriſſim

ſimæ lumen fulgebat integritatis, vt intuentibus virtutum omnium, ac præſertim pudicitiæ amorem quaſi afflaret. Nunquam triſtem vidiſſes, aut tetricum: ſed alacrem, ſuauémque permodeſto, atque amabili vultu. Nempe ætatem ei floridam non tam adoleſcentia faciebat, quàm animus gaudens, deliciíſque beatæ vitæ ſaginatus, totius boni fontem non per interualla reguſtans; ſed, quantùm mortalitas patiebatur, aſſiduè potans: atque adeò continentiùs etiam ei, quàm mortalitas patiebatur, inhærens. Sedulò Moderatores aduigilabant, ne nimio abreptus impetu ſpiritus, nequaquam pari præditum vi mortale vaſculum immaturè deſereret. Cæterùm ita iam ſuopte nutu ferebatur, & acquieſcebat in Deo, vt vita eius verè nõ aſſidua modò oratio, ſed etiam contẽplatio dici poſſet: præſertim ob inſigne donum, quo diuinam vbiq; præſentiam acie mentis intuebatur. Iulius Fatius, quantùm obſeruare ipſe

Semper modeſtè gaudens.

Fræno indiget in curriculo perfectæ virtutis.

In orationibus nullam patitur mentis euagationem.

potuerit, animaduerſum ſibi teſtatur, nullis euagationibus mentis inter orandum, aut meditandum obnoxium Staniſlaum fuiſſe. Quò autem euagaretur, qui iam ſe totum, ac penitùs in Oceanum immenſum Diuinitatis immerſerat, vnde, quò ſe cúmque verteret, nunquam emergeret? Cuius etiam caro iam animi didicerat affici ſtudiis, vt poſſet cum Regio Vate profiteri: *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Certum eſt ipsũ quoque ex animi redundantia ita amoris diuini incendio incaleſcere, ita exæſtuare ſolitum corpus, vt pectori ad refrigerandum cor imbutos frigida panniculos neceſſe eſſet apponere.

Æſtus cordis ex amore diuinó gelida temperãdus eſt.

Cæli Reginã ſemper ſuam Matrem appellat.

Erga Dei beatiſſimam Genitricem iam prorſus animum induerat filij. Suam Parentem appellare eam in omni ſermone conſueuerat; idq; tanto cum ſenſu, adeóque ſimplici ingenuitate faciebat, vt audientibus

par-

partē ſuæ ſuauitatis aſpergeret.Multiid notarunt,ac præ cęteris Emmanuel Sa, Theologus cum primis ſapiens, & præco Euangelicus, & vir optimus, qui cùm aliquando comitem eum ducens ad Baſilicā S.Mariæ ad Niues,interrogaſſet,num ſanctiſſimāVirginem diligeret?is humili quodam geſtu,atq; ore blādiſſimo reſpōdit.Quid quęris Pater?Eſt mea Mater. Eáq; voce,tali modo, ac ſenſu prolata valdè commotus Emmanuel,cùm deinde remP.Generali narraret, aiebat ſibi nequaquam viſam eam hominis vocem. Adhæc, cùm frequentiſſimè de auguſtiſſima illa mortalium,immortaliūmq; Regina Staniſlaus loqueretur, noua ſemper, & magnificentiſſima, quibus appellaret, excogitabat nomina; & gradus, in quibus collocaret, altiſſimos: apparebâtque graue illi eſſe, quòd adæquare ſui iudicij præſtantiam nequiret verbis: nec celſius quiddam,vbi illam reponeret, inueniret. Ad ſalutationem Angelicam,

De ea magnificentiſſimè loquitur.

ſacrum Roſarium, precéſque alias cum Pſalmis in laudem Virginis conſuetas ſuauiſſimè afficiebatur: cúmq; quàm liceret creberrimè, in iis exequendis occuparetur officiis; animaduertebant Patres, id quoque exequi eum quadam cum venuſtate oris, & gratia extraordinaria, planè vt ei ab plena gratiæ Regina, cuius inſeruiebat laudibus, præter morem indita videretur. Quin etiam eſt, qui ritè confirmat, inſolito ſplendore diuinitùs lucentem Staniſlai faciem ab ſe haud ſemel conſpectam, familiarium Patris luminum non rarum inſigne.

Eiuſdem facies diuino fulgore collucet.

INTER iucunda hæc beatæ patriæ ſtudia nihilo voluptate, aut conatu minore munera huius exilij propria, & laborioſa tractabat. Adoleſcentulus eius ſanctitatis, & innocentiæ nullum faciebat finem integerrima illa membra, & obſequentiſſimum animo corpuſculum affligendi. Nihil erat, quod excelſum illud pectus pertimeſceret: nihil exiſtimabat arduum,

Studium macerandi corporis.

Animi magnitudo.

duum, nil ſupra ſuas ducebat vires, oſtendens vim Apoſtolici dicti, *Charitas omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Quæ varia videbat in ſingulis laborum, abiectarúmque functionum, ac pœnarum ſpõte ſuſceptarum genera; ea ipſe fame inexplebili, & animo immenſo appetebat vniuerſa; ínque humillimis, & contemptiſſimis miniſteriis exultabat maximè, ac triũphabat. Nemò autem ſuſpicetur, quia ingentibus auſis, generoſiſque feruoribus ſolet interdum transfigurantis ſe Diaboli in Angelum lucis fraus miſceri; in his ſiue leuitaté, ſiue ludificationem vllam Dæmonis fuiſſe permiſtam. Obedientia fidelis character, ac nota germanæ virtutis, certiſſimúmque aduersùs ludibria Satanæ munimẽtum probabat omnia, ac temperabat. Et quamuis ab ſuo ſenſu Religioſi quoque viri, in rebus, quæ honeſti ſpecie blandiuntur, ſæpe recedant ægerrimè; tamen Staniſlaus mira cura ad leges ordinis, Præſidúmque nutum ſeſe Inſignis obedientia.

vbique formabat.

Sanctita-tis Stani-slai fons gratia vo-cationis vberrima cui egre-giè ipſe reſpōdit.

QVAMOBREM intuenti mihi omnem eius curſum ætatis, primáque cum mediis, hęc cum extremis comparanti, haud dubiè videtur ſemper ab diuino Spiritu, tanquam manu fuiſſe ductus. Affluentium autem donorum, quæ deinceps alia ſuper alia ſemper vberiùs congeſta in eum è cœlo ſunt, quaſi fons, & ſemẽ fuiſſe efficaciſſima, & vberrima donata ei à principio religioſæ gratia vocationis. Cui gratię cùm ſe gratiſſimũ, & obſequentiſſimum præberet Staniſlaus, eáque re largum illud, beatúmque diuinæ benignitatis flumen in ſuum, vti oportet, caput, fontémque refunderetur, perenni vſque commercio inde rurſus emanans, ad irrigandum, fœcundandúmq; egregiè præparatum, cultúmque fidelis, & diligentis ſerui agrum multiplici cum incremento redibat. Quàm efficax, & abundans fuerit diuina vocatio, quámque ei fideliter ipſe reſponderit, non ex diuerſis, ſed ex iiſ-

dem

dem planè cernitur arguméтis. Conſideretur diuturna conſtantia, propoſitíque cuſtodia in vexatione, & corruptela domeſtica, aſſidua, & varia Societatis flagitandæ perſeuerátia, tum voti nuncupatio: poſtremò non parentes modò, & amplum patrimonium, delicias, opéſque mortales poſthabitas; ſed tantùm etiam aditum diſcriminum, & incommodorum, dum ſanctę paupertatis auarus mercator tantùm terrarum peragrat, ab diuitiis fugiens, inhians nuditati; quantùm non temerè ipſius paupertatis odio, ſtudióq; auri mortales cupidi obeant, longéque ardétiùs, quàm alij ad iucunda vitæ, vel ad honores feruntur, ab molli ipſe, ac ſplendido otij, ac nobilitatis ſinu ad aſperum, & horridum humilitatis, & ærumnarum tráſit amplexum, quæque alia habet religioſa ſeueritas ſæculi votis aduerſa. Vt verò ſanctá vrbem contigit, domúmque receptus eſt, quaſi theſaurum tanto labore quæſitum adeptus, nunquam Quanti faceret gratiã vocationis.

Acceſſit Rodulphus Aquauiua, deinde Martyr.

Aderat iam Claudius Aquauiua, deinde Præpoſitus Generalis.

Is B. Staniſlao exercitationes ſpiritus propoſuit.

& honoratus Sacerdos; inde ab vrbe Victoria Romam profectus, vt Societatis ſpiritum è Romano hauriret fonte. Atque aliis, ne lõgum faciam, prætermiſſis (quibus paucis pòſt mẽſibus acceſſit Rodulphus Aquauiua Ioãnis Hieronymi Ducis Atriæ filius, ex iis planè terrę Angelis, quos initio deſcripſi, adoleſcens: cui tandem Numinis benignitas reliqua ornamenta etiam Martyrij glorioſo ſtemmate decorare, & conſecrare dedit in India) aderat Claudius Aquauiua hodie Societati IESV Præpoſitus Generalis, Rodulphi patruus, qui ex Cubiculario Pontificis Pij Quinti ſummè gratioſo, ampliſſimos honores, quos habebat in proximo, & cuncta mortalia Euangelicę nuditati, Crucíſque obſequiis poſthabuerat. Atque huic, qũanquam recenti diſcipulo, tamen iam ad docendum maturo, Staniſlaus ſpiritualibus exercitationibus de more excolendus traditur. Verùm cùm is ad prima fere verba de rebus diuinis

ſolue-

ſolueretur in lacrymas, dicebat Claudius, ſibi accipiendi potiùs, quã tradendi exercitationes eas munus impoſitum. In eo ſeceſſu Staniſlaus ab pueritia vltima repetitam confeſſionem cum Patre Ruitio inſtituit: ex qua poſt eius obitum profeſſus eſt Ruitius, animum ab ſe innocentiſſimum perſpectum, totáque vita nunquam lethifera noxa cõtactum.

Acres à parente literas B. Staniſlaus accipit.

INTERIM Ioannes Staniſlai pater fugâ eius cognitâ grauiſſimè indoluit. Sed, cùm ſentiret quicquid ad rem diſturbandam moueret, fruſtra fore, quòd tractanda res eſſet Romæ, ac Pio V. Pontifice, more plerorumque mortalium, perinde æſtimare res verè, atque amare liberos neſcius, iram, dolorémque plenis minarum, probrorúmque datis ad eundem literis euomuit. Aiebat inuſtam puerili leuitate eius maculam ſplendori gentis Koſtkæ; inhumaniſſimè ſe, impiéque deſertum, deſtitutum, proditum: ſuum filium viliſſimi inſtar mendiculi erronem, ac fugitiuum,

uum,Germania tota, Italiáq; conſpectum. In hac puerili fatuitate ſi perſeuerare haberet in animo, caueret vnquã reuiſeret Poloniam: nuſquam adeò fore tutum,vnde vi non extraheret; próq; torquibus aureis, quos antè geſtaſſet,geſtaturúſq;fuiſſet, ſi ingenium ſuis dignum natalibus voluiſſet induere,oneratum ferro in tetrum coniecturum carcerem, vbi nunquam auram lucis hauriret.

Literis parentis piè conſtãtérque reſpõdet. HAS literas cùm de Staniſlai virtute certi Moderatores ei reddidiſſent, continuò legenti, vt habebat promptiſſimas, eruperunt ex oculis lacrymæ: quidq; fleret interrogatus, miſeram ſe parẽtum ſuorum deplorare cœcitatem reſpondit, qui dona Dei vſque adeò ignorarent.Inde iuſſus ad eas literas reſpondere;in hanc ſententiam grauiter,pieq; reſcripſit. Cùm ſe Deus Dominus in familiarium ſuorum recepiſſet numerum, nullàm parenti eſſe dolẽdi,ſed multiplicem lætandi cauſam. Nam ad ipſum quoque pertinere huius beneficij

neficij partem, qui filium in cœleſtis Principis haberet àula; idq́; ſine impenſa, & cura: quod nequaquam ij ſortiuntur patres, qui apud Principes nihilominùs, quã ipſi ſint mortales, liberos collocant: ſe quidem indignum, qui ob Dei amorẽ quicquam perpetiatur: ſi tamen pro ſua clementia Chriſtus Ieſus tam multa pro nobis paſſus, tanto beneficio dignaretur, haud optatius, ac beatius quicquam poſſe ſibi in hac vita cõtingere. Proinde quæ ille minas putaret, ſua eſſe vota. Cæterùm ſciret ſe dudum ſempiternæ Maieſtati fidem obligaſſe, quoad ſpiritus mortales artus regeret, in paupertate, caſtitate, obedientia eidem ſeruiturum; citiùs quàm vt hanc fidem fallat, extrema omnia, necémque vel acerbiſſimam perpeſſurum. Ipſi quoq; parenti longè fore conſultius, ſi filium ſponte tradat, commendétque Deo, & gratiam ei depoſcat, qua vocationis inæſtimabili dono perſeuranter ad finem vſque reſpondeat, quàm ſi

faceſſere negotium ei conetur. Hoc enim, & irritum, & ipſi præterea noxium, illud verò ſalutiferum vtrique fore. Hæc fere Staniſlao ad Profeſſorum domum agenti, quæ quidem diſtinctè memoria conſeruauerit, euenêre.

Inuiſentem Cardinalem cupit adire in ſordida veſte.

Eivs temporis, quo in Romano fuit Collegio duæ res præcipuè memorantur. Prima, cùm eius viſendi causâ Ioannes Franciſcus Commendonus Cardinalis veniſſet, Staniſlaũ abundè ſe humilitatis inſignibus ornatum exiſtimantem, prodire ad illum, ita vt erat, in obſoleto, quo miniſterij ſui causâ vtebatur, veſtitu voluiſſe; niſi Patres habendam magis rationẽ ampliſſimæ Cardinalis perſonæ, quàm Staniſlai feruoris duxiſſent. Norat Commẽdonus ex multis legationibus per Septentrionem obitis gentem Koſtkam; ſatiſq; Viennæ Staniſlai virtutem perſpexerat: quare & hanc, & familiæ eius nobilitatem perhonorifico in digreſſu teſtimonio Patribus commendauit.

Sed

Sed illud, quanto & apud homines, quódque caput eſt, apud Deum adoleſcens in pretio eſſet, clariùs oſtendit. Domeſti is pro nota, & conſtanti probitate, quanquam adeò modicæ ætatis, recentíſque diſciplinæ, venerationi omnibus erat: fuitque, qui grauiter animo perturbatus, eiúſque precibus multùm tribuens, pro ſe vt Deum precaretur, orauit. Cui Staniſlaus. Pariter, inquit, concedamus in templum, & ante diuiniſſimum Sacramentum fundamus preces; eíque nos commendemus. Eunt protinus. Habet Staniſlaus non tam longam, quàm ardentem precationem; ac repentè, ea tetra curarũ nubes euanuit: ménſque ſocio ita conferenauit, vt confeſtim è templo, non omnimodò ſolutus perturbatione receſſerit; verùm etiam inſigni conſolatione plenus, & gaudio: quod hodiéque ſuperſtes perſpectæ fidei Sacerdos, idẽ & Concionator cum excellenti virtutis Staniſlai teſtificatione ritè, ac

Trãquillitatem animi precibus à Deo vni fratrũ impetrat.

ſanctè confirmat.

Communia pietatis munera obit ſingulari cū laude.

Ad vltimum tranſlatus Staniſlaus ad ſancti Andreæ, adeò cunctis in rebus abſolutam honeſti formam tenore æquabili tenuit, expreſsitque, vt vel conſueta domeſticæ diſciplinę munera obiens quendam iis ſplēdorem inſolitum, & lucem adderet. Itaq; etiam tum, cùm eadem ſolùm, quæ cæteri, faciebat; plura tamen, atque ampliora videbatur præſtare quàm cæteri; ac ſanè præſtabat: cùm potiùs quomodo, quàm quid facias ſpectandum ſit: nec rarò qualitas operis in opus euadat. Ergo viuum omnibus erat cunctarum laudum exemplum: quódque magis eſt mirum, Inſtitutores Nouitiorum non dubitabant palàm, dum adhuc viueret, pro exemplo Sodalibus ad imitandum proponere. Eius modeſtia vultus, oculorum, inceſſus, motuum omnium, parſimonia loquendi, verborum meditatio erat ſumma. In cœleſti illa oris ſpecie ita color emicabat candidiſſimæ mentis, & puriſ-

Exēplar eſt virtutum Sodalibus.

ſimæ lumen fulgebat integritatis, vt intuentibus virtutum omnium, ac præſertim pudicitiæ amorem quaſi afflaret. Nunquam triſtem vidiſſes, aut tetricum: ſed alacrem, ſuauémque per modeſto, atque amabili vultu. Nempe ætatem ei floridam non tam adoleſcentia faciebat, quàm animus gaudens, deliciiſque beatæ vitæ ſaginatus, totius boni fontem non per interualla reguſtans; ſed, quantùm mortalitas patiebatur, aſſiduè potans: atque adeò continentiùs etiam ei, quàm mortalitas patiebatur, inhærens. Sedulò Moderatores aduigilabant, ne nimio abreptus impetu ſpiritus, nequaquam pari præditum vi mortale vaſculum immaturè deſereret. Cæterùm ita iam ſuopte nutu ferebatur, & acquieſcebat in Deo, vt vita eius verè nó aſſidua modò oratio, ſed etiam contéplatio dici poſſet: præſertim ob inſigne donum, quo diuinam vbiq; præſentiam acie mentis intuebatur. Iulius Fatius, quantùm obſeruare ipſe

Semper modeſtè gaudens.

Fræno indiget in curriculo perfectæ virtutis.

In orationibus nullam patitur mentis euagationem.

potuerit, animaduerſum ſibi teſtatur, nullis euagationibus mentis inter orandum, aut meditandum obnoxium Staniſlaum fuiſſe. Quò autem euagaretur, qui iam ſe totum, ac penitùs in Oceanum immenſum Diuinitatis immerſerat, vnde, quò ſe cúmque verteret, nunquam emergeret? Cuius etiam caro iam animi didicerat affici ſtudiis, vt poſſet cum Regio Vate profiteri: *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Certum eſt ipsũ quoque ex animi redundantia ita amoris diuini incendio incaleſcere, ita exæſtuare ſolitum corpus, vt pectori ad refrigerandum cor imbutos frigida panniculos neceſſe eſſet apponere.

Æſtus cordis ex amore diuino gelida temperãdus eſt.

Cœli Reginã ſemper ſuam Matrem appellat.

Erga Dei beatiſſimam Genitricem iam prorſus animum induerat filij. Suam Parentem appellare eam in omni ſermone conſueuerat; ídq; tanto cum ſenſu, adeóque ſimplici ingenuitate faciebat, vt audientibus par-

partē ſuæ ſuauitatis aſpergeret. Multi id notarunt, ac præ cęteris Emmanuel Sa, Theologus cum primis ſapiens, & præco Euangelicus, & vir optimus, qui cùm aliquando comitem eum ducens ad Baſilicā S. Mariæ ad Niues, interrogaſſet, num ſanctiſſimā Virginem diligeret? is humili quodam geſtu, atq; ore blādiſſimo reſpōdit. Quid quęris Pater? Eſt mea Mater. Eáq; voce, tali modo, ac ſenſu prolata valdè commotus Emmanuel, cùm deinde remP. Generali narraret, aiebat ſibi nequaquam viſam eam hominis vocem. Adhæc, cùm frequentiſſimè de auguſtiſſima illa mortalium, immortaliúmq; Regina Staniſlaus loqueretur, noua ſemper, & magnificentiſſima, quibus appellaret, excogitabat nomina; & gradus, in quibus collocaret, altiſſimos: apparebátque graue illi eſſe, quòd adæquare ſui iudicij præſtantiam nequiret verbis: nec celſius quiddam, vbi illam reponeret, inueniret. Ad ſalutationem Angelicam,

De ea magnificentiſſimè loquitur.

ſacrum Roſarium, precéſque alias cum Pſalmis in laudem Virginis conſuetas ſuauiſſimè afficiebatur: cúmq; quàm liceret creberrimè, in iis exequendis occuparetur officiis; animaduertebant Patres, id quoque exequi eum quadam cum venuſtate oris, & gratia extraordinaria, planè vt ei ab plena gratiæ Regina, cuius inſeruiebat laudibus, præter morem indita videretur. Quin etiam eſt, qui ritè confirmat, inſolito ſplendore diuinitùs lucentem Staniſlai faciem ab ſe haud ſemel conſpectam, familiarium Patris luminum non rarum inſigne.

Eiuſdem facies diuino fulgere collucet.

INTER iucunda hæc beatæ patriæ ſtudia nihilo voluntate, aut conatu minore munera huius exilij propria, & laborioſa tractabat. Adoleſcentulus eius ſanctitatis, & innocentiæ nullum faciebat finem integerrima illa membra, & obſequentiſſimum animo corpuſculum affligendi. Nihil erat, quod excelſum illud pectus pertimeſceret: nihi exiſtimabat arduum,

Studium macerandi corporis.

Animi magnitudo.

duum, nil ſupra ſuas ducebat vires, oſtendens vim Apoſtolici dicti, *Charitas omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Quæ varia videbat in ſingulis laborum, abiectarúmque functionum, ac pœnarum ſpõte ſuſceptarum genera; ea ipſe fame inexplebili, & animo immenſo appetebat vniuerſa; inque humillimis, & contemptiſſimis miniſteriis exultabat maximè, ac triũphabat. Nemo autem ſuſpicetur, quia ingentibus auſis, generoſisque feruoribus ſolet interdum transfigurantis ſe Diaboli in Angelum lucis fraus miſceri; in his ſiue leuitatẽ, ſiue ludificationem vllam Dæmonis fuiſſe permiſtam. Obedientia fidelis character, ac nota germanæ virtutis, certiſſimúmque aduersùs ludibria Satanæ munimẽtum probabat omnia, ac temperabat. Et quamuis ab ſuo ſenſu Religioſi quoque viri, in rebus, quæ honeſti ſpecie blandiuntur, ſæpe recedant ægerrimè; tamen Staniſlaus mira cura ad leges ordinis, Præſidúmque nutum ſeſe Inſignis obedientia.

vbique formabat.

Qvamobrem intuenti mihi omnem eius curſum ætatis, primáque cum mediis, hęc cum extremis comparanti, haud dubiè videtur ſemper ab diuino Spiritu, tanquam manu fuiſſe ductus. Affluentium autem donorum, quæ deinceps alia ſuper alia ſemper vberiùs congeſta in eum è cœlo ſunt, quaſi fons, & ſemel fuiſſe efficaciſſima, & vberrima donata ei à principio religioſæ gratia vocationis. Cui gratię cùm ſe gratiſſimũ, & obſequentiſſimum præberet Staniſlaus, eáque re largum illud; beatúmque diuinæ benignitatis flumen in ſuum, vti oportet, caput, fontémque refunderetur, perenni vſque commercio inde rurſus emanans, ad irrigandum, fœcundandúmq; egregiè præparatum, cultúmque fidelis, & diligentis ſerui agrum multiplici cum incremento redibat. Quàm efficax, & abundans fuerit diuina vocatio, quámque ei fideliter ipſe reſponderit, non ex diuerſis, ſed ex iiſ-

Sanctitatis Staniſlai fons gratia vocationis vberrima cui egregiè ipſe reſpōdit.

dem

dem planè cernitur arguṁẽtis. Conſideretur diuturna conſtantia, propoſitíque cuſtodia in vexatione, & corruptela domeſtica, aſſidua, & varia Societatis flagitandæ perſeuerátia, tum voti nuncupatio: poſtremò non parentes modò, & amplum patrimonium, delicias, opéſque mortales poſthabitas; ſed tantùm etiam aditum diſcriminum, & incommodorum, dum ſanctę paupertatis auarus mercator tantùm terrarum peragrat, ab diuitiis fugiens, inhians nuditati; quantùm non temerè ipſius paupertatis odio, ſtudióq; auri mortales cupidi obeant, longéque ardẽtiùs, quàm alij ad iucunda vitæ, vel ad honores feruntur, ab molli ipſe, ac ſplendido otij, ac nobilitatis ſinu ad aſperum, & horridum humilitatis, & ærumnarum trãſit amplexum, quæque alia habet religioſa ſeueritas ſæculi votis aduerſa. Vt verò ſanctã vrbem contigit, domúmque receptus eſt, quaſi theſaurum tanto labore quæſitum adeptus, nunquam

Quanti faceret gratiã vocationis.

ſatiabatur gaudens. Et, quia ex abũdantia cordis os loquitur, plerique eius ſermones inſtituebantur de beneficio religioſæ vocationis, nec fere vnquam ſine magnificentia ſententiarum, grãditate verborum, & vberibus lacrymis. Quódque proprium eſt ad ſumma, ac perfecta nitentium, talia cùm faceret, feciſſétque, incuſabat ſe, ac dolebat, tanquam adeò incomparabili dono eſſet ingratus. Mortalium genus omne voluiſſet tanti boni particeps fieri, ſuóſq; nominatim propinquos, affines, parentes, à quibus de cætero ita abſtraxerat curam, vt periniquè ferret eorum mentionem, præſertim ſi opes, nobilitas, vel quidpiam, vnde in ipſum recidere exiſtimatio poſſet, memoraretur.

Ad inſtituta Societatis ſcitè factus.

PORRO inſtituta Societatis tanti faciebat, támque ſibi apta rebatur, & congruentia, vt nihil ſuprà. Natum ad illa, & factum intelligeres: nec diſtabant ab opinione facta. Ad ea, vt modò ſignificaui, volebat pri-

uata

rata ſua pietatis ſtudia exigi. Legum erat omnium, diſciplinæque domeſticæ ſeruantiſſimus; alacritatis ad obtemperãdum Moderatoribus ſingularis, nihil quantumuis minutum videretur, contemnens: & iuſſa non variis interpretationibus ad ſuum accommodans ſenſum, ſed ſimplicitate, & fidelitate ſumma capeſſens; ad eam ſcilicet, quam ſancti viri deſcribunt, perfectionem enitens veri obedientis, qui non quantùm, aut quale ſit, quod præcipitur, ſpectat; ſed ſolo eſt præcepto contentus. Itaque miſſus aliquando ad comportanda cum Claudio Aquauiua in culinam ligna, dum Claudius feruori ſuo obſequens aggerat vſque, & cumulat ſarcinam, Staniſlaus, quòd certum fore lignorum numerum, quem ſingulis itineribus ferrent, coquus nominarat, demere cœpit, cúmque ſe numerum egreſſurum negauit, vt ſocij, quem tãquam magiſtrum alioqui venerabatur, ad eius obedientiam fuerit ardor accom-

Obediẽtia ſumma.

modandus. Hæc,atque horum ſimilia cùm palàm cernerentur ab omnibus; Iulius tamen Fatius,ac Ruitius, qui Inſtitutores, & Confeſſarij latebras quoque intimas ſcrutabantur animi,& immenſas in eo reconditas cœli opes intuebantur, multo videbant clariùs; profeſſique eo mortuo ſunt, non potuiſſe in eo noxam obſeruari. Ac nominatim de obedientia Fatius ſcriptum reliquit, viſam ſibi in Staniſlao ad eum aſcēdiſſe gradum, ad quem celſiſſimum inter mortales poteſt. Nihil ei oblatum vnquā difficile, nullam ad rem tardum, aut cunctantem repertum. Quam ob cauſam iucundè interdū appellabat eum, omnipotentem. Cùm verò aliquando, vt valetudini ſeruiretur, temperare eius intentam aſſiduè in Deum cogitationem neceſſe foret; eámque ob rem iuſſus eſſet tempus orandi contrahere, inde quidem viſum principio modicè tāgi; verùm id adeò tuliſſe quietè, támque obeditanter fuiſſe in poteſtate

Recto

Rectoris, vt animi eius beata tranquillitas nulla ex parte commoueretur. Quòd inſigne eſt humilitatis documentum, incorruptæque, vti dicere inſtituerã, nota virtutis. Nam fere vt quiſque maximè dulcedine quadam in oratione, cæteríſque pietatis muneribus impletur; ita difficillimè ea ineſcatus ſuauitate, ad communem normam, nutúmque Præſidis fingitur.

Ingenio erat perſpicaci, & viuido.

ORNABANT diuinas haſce Staniſlai laudes ipſa ornamenta naturæ. Neque enim tanta ad parendum alacritas ex hebetudine, vel ignaua quadam mollitie naſcebatur ingenij; ſed ex certa inductione animi, ac ſpiritu recto, quem ſortitus erat. Quippe ingenio viuido erat, ac perſpicaci, & conſilij maturitate, prudentiáque longè vltra ætatem pollebat. Inter eius libellos poſt obitũ vnus fertur inuentus, in quo cùm diligenter animi ſui ſenſa, & conceſſa diuinitùs lumina annotaſſet, ſapientiæ, vt aiunt, ſanè præſtantis veſtigia

ſtigia cernebantur. Quarum ego rerum ſpecimen, eum libellum ſi nactus eſſem, deſiderari hîc à lectore non paterer. Nominatim autem dexteritas in eo quædam fęliciſſima eminebat in familiaribus regendis collocutionibus, ac ſi quando ad media prolaberentur, ad pia argumenta reuocandis; cùm aptiſſimè è Sanctorum vitis exempla infereret, quæ perinde, ac ſi ipſe ſpectaſſet; aut eaſdem geſſiſſet res, ita narrans affectu ſuo, ac ſpiritu animabat. Neque hæc cùm faceret, vel quicquam inde tribuebat ſibi; vel de aliorum exiſtimatione apud ſeſe deterebat; ſed mirifica aduersùs omnes obſeruantia, ſe tanquam in Angelorum cœtu verſari dicens, indignum appellabat tali conſuetudine; ſtudénſque ex ſingulis proficere, quæ in vnoquoque cernebat ſeparatim, à ſe deberi cuncta cenſebat. Ex his omnibus, quàm largo flumine gratia in eum diuinæ ad Societatem vocationis [illegible] infuſa

Singularis prudētia in ſerendis, regendiſq; piis colloquiis.

Indignū ſe iudicat ſociorum cõuictu.

mfuſa ſit, quàm fideliter tradita ipſe
alenta exercuerit, quámque poſtre-
mò certa nota eius conſignatæ, mu-
nitæq; virtutes ſint, liquidò apparet.
Hoc niſu, & impetu fortunatus, ac
rapidus curſor perexiguo tempore
longiſſimum ſpatium virtutis emē-
ſus, deſtinatum apprehendit bra-
uium. Menſe ab Societatis ingreſſu
decimo aſſumptæ in cœlum Deipa-
ræ nocte, Patronam, matrémque ſe-
quutus eſt ſuam, cùm ſe iam circum-
ageret annus, ex quo Viennam glo-
rioſa fuga reliquerat. Nam, tametſi
certa profectionis dies prodita non
eſt; tamen cùm Viennenſes literæ
Kalendis Septembribus datæ, de ea
tanquam recentiſſima loquantur,
nō in multos ante dies poteſt refer-
ri. Ipſa porrò ex hac vita migratio
duo habuit ſingularia. Primùm, non
vi naturali, ſed diuino præter ordi-
nem iuſſu exiſtimata eſt contigiſſe.
Deinde & præſenſit eam, & prædi-
xit Staniſlaus, imò etiam impetraſſe
coniectura eſt.

Ve-

VENERAT per æſtatem in vrbem Petrus, de quo ſuprà memoraui, Caniſius, præter Societatis negotia, rationes etiam quaſdam, ac vias ſubleuandæ Germaniæ cum Pio V. ſummo Pontifice collaturus. Qui rogatus à Patribus, vt ad Tyrones Sancti Andreæ aliquid piæ cohortationis haberet, ipſis Auguſti Kalendis, ab Profeſſorum quoque domo, & Collegio vniuerſis ad audiendum tantæ auctoritatis, ac ſanctitatis virum congregatis Nouitiis verba fecit: Orationis materia ex vernaculo vulgi in Italia verbo, quo ſe feriari eo die Auguſtum dicit, deſumpta. Quo verbo cùm intelligant homines bona menſis eius exordia poni debere, vt ſalubriter totus, atque hilariter exigatur; inde Caniſius differens non Auguſtum modò, ſed & menſes omnes ritè feriandi demonſtraturum ſe optimum viam: Ea eſt (inquit) ſi ad cuiuſque menſis acceſſum quiſque perſuadeat ſibi eum ſibi menſem vltimum

fore:

fore: atque adeò ita comparet ſeſe,
eóque modo rationes vitæ ſuæ com-
ponat, quemadmodum velit para-
tus in ipſo vitæ exitu deprehendi.
Quod plenum ſapientia monitum
cùm inter ſe deinde Nouitij retra-
ctarent, Staniſlaus ſibi verò dixit
opportunè cecidiſſe; ſibi propriè
dictum, nam ſe eo ipſo menſe planè
moriturum. Quæ vox in præſenti,
vt fit, non valdè animaduerſa; dein-
de cognita eſt vim prædictionis ha-
buiſſe. Dies inde cùm ſancto Lau- In ſancti
rentio ſacer appeteret, qui inclytus Laurentij ex mē-
Martyr ex more Societatis noſtræ ſtrua ſor-
in menſtrua ſortitione Staniſlao Pa- titione
tronus obuenerat, celeberrimum Patroni
optans agere eum diem, tanquam cultu ſu-
ad ſtolam pretioſam, & vario di- premu.ᵐ
ſtinctam ornatu parandam pridie contrahit
inſtitit à Rectore, multa ſibi vtli- morbum.
ceret effectu pia, perpeſſu aſpera ſu-
ſcipere: ex quibus leuiſſima quędam
conceſſa, inter cætera, vt publicè ſe-
ſe in cænaculo verberaret. Ipſo mox
die feſto, poſt obita ritè diuina, om-

ne

ne matutinum tempus coquo adminiſter exegit; ſancto humilitatis, charitatíſque negotio religioſum diei otium colens; quæ ſunt feriæ Beatis in primis acceptæ. Secũdùm prandium interrogatus publicè à Nouitiorum Magiſtro, quid interim mente agitaſſet, reſpondit, ex ignis præſentia ſuccurriſſe ſibi ignem infernum, quem ſe aiebat commeritum; & ignem, quo Beatus Laurentius toſtus fuerat. Paulo pòſt malè incipit habere: iubetúrque collocari in lectulo. Commotiuncula erat, non febris, aut quicquam cura dignum; tamen Staniſlaus lectulum inſcenſurus, cùm ſuper eum benedicens ſalutare ſignum Crucis manu figuraſſet, ſolemni ſua hilaritate adiecit; Si Deo cordi eſt, vt hinc nunquam exurgam, fiat eius voluntas. Subinde febri corripitur, quaſi Laurentij Patroni ſui flammarum particeps factus. Nec multo pòſt cùm Claudius Aquauiua (qui hæc ipſa nar-

Prædicit ſuum obitum.

narrauit)& alij quidam decumbentem inuiſerent, déque mali, vt erat, leuitate differerent, dixit Staniſlaus ſe à Beatiſſima cœli Regina per Patronum ſuum ſanctum Laurentium inſtitiſſe, vt ad ſe euocare ipſo Aſſumptionis ſuæ die vellet: atque adeò ſperare ſe id, quod rogarat, impetraturum. Atque hæc duntaxat cùm Staniſlaum dixiſſe conſtet, in cõpendio tamen eius vitæ, quod vitæ P. Franciſci Borgiæ in Italicum ſermonem tranſlatæ inditum eſt, ita res proditur, tanquam ſanctus adoleſcens literas ſeſe ad cœli Reginam per ſanctum Laurentium Patronum ſuum dediſſe dixerit, quibus petebat vt ad ſeſe euocaret. Quod ſanè quanquã re ab eo, quod nos tradidimus, non multùm diſtat, tamen indicare viſum eſt, quia vt & Hieronymus in ſanctæ Paulæ vita loquitur, hiſtoriam ſcribimus, non Panegyricũ. Cæterùm perleuis erat febris, eáque tertiana, & tamen tertio eius acceſſu mors conſequuta

cùm

cùm periculum nuſquam appareret. Itaque cùm altero ante obitum die ad cubiculum ſuperioris contignationis deduceretur, poſt gratias Deo, & Societati de cura, quæ ipſi adhibebatur, actas, affirmans ibi deceſſurum, aliquam admirationem iis, qui aderant, mouit: idcóque ſubiecit: Si tamen Deo placitum fuerit. At poſtridie, cùm affirmaret, ea ſe nocte obiturum, ſuſcepêre fratres veluti ioco, non eſſe id vero ſimile, niſi fortè cœli Regina, cui aſſumptæ ſacer inſtabat dies, ſecum aſſumeret. Poſt meridiem languore, ac ſudore gelido occupatus, Patre Fatio nihil id eſſe, vt aſſolet, dictitãte, affirmauit diſertè adeſſe iam haud dubiè clauſulam vitę ſuę mortalis. Feceréque tandem fidem tum adeò conſtantia dicta, tum vires ſtatim collabi vehementer cœptæ, atque deficere.

Optat humi abiectus mori.

INDE inſtitit, vti ſinerent humi ſeſe abiectum vltimum exhalare ſpiritum. Quod cùm primo Rector negaſſet,

gaſſet, iterum inſtanti, ex parte inindulgendum ratus hactenus conceſſit, vt humi cum culcitra ſterneretur. Ita hnmi iacens diuiniſſima myſteria, & ſua, & circunſtantium conſolatione magna ſuſcepit; ad preces, quæ adhibebantur, attentè, piéque reſpondens. Sed illud fuit ſpectaculum fratribus periucundum. Cuncti animaduertêre, vbi primùm in cubiculo ſacroſanctum Domini corpus apparuit, tanquam geſtiente ad dilecti ſui conſpectum animo, dulciſſima quadam amœnitate, & pulchriore ſolito hilaritatis flore virgineum eius os explicatum. Sub hæc ad Rectorem conuerſus. *Tempus breue eſt*, inquit, & Patre proſequente illud Apoſtoli, *Reliquum eſt*; ipſe ſubiecit, *vt preparemus nos*. Ac velut de integro ad momentum illud æternitatis arbitrum ſe comparare exorſus, bis repurgauit confeſſione animum: veniamque ex fratribus cœpit rogare; quòd minùs recta eis præbuiſſet exem-

Sacramẽtis, & aliis prędiis ad mortẽ ſe comparat.

exempla, ita ex animo, ac ſi verè exempla talia, non optima præbuiſſet. Cæterùm, quanto breuior vſura vitæ reſtabat, tanto eam occupabat intentiùs. Multas precationes ab ſanctis viris compoſitas ei tempori accommodas vltrò exequutus, ſacram Crucifixi effigiem petit. Eam ſtatim porrectam manu tenens, ac peramanter intuens, ore, vti ſemper erat, lætiſſimo, plenum pietate ex cordis ſui ſenſu colloquiũ inſtituit: de beneficiis acceptis gratias benigniſſimo Domino agens, quòd ſe procreaſſet, quòd proprio ſanguine redemiſſet, quòd ad Religionem vocaſſet, ac cætera eius generis, rogans peccatorum veniam, ſpiritúmque ſuum in manus illius commendans. Tum exorſus à pedibus ſigillatim ſacras plagas ſummo cum ſenſu exoſculatur; ſimilíque affectu oblatam, qua valens vtebatur, ſanctiſſimæ Virginis Matris ſuæ Imaginem complexus, atque oſculatus eſt. Inde ad alios Cœlites verſus, quoniam tem-

tempus aderat, quo patrocinia maximè conquirenda, atque vſurpanda ſunt, voluit ſibi Patronorum ſuorum è beatis cœli incolis nomina recitari, quos vnà cum iis, qui per ſingulos menſes in Societate illi ſorte obtigerant, ex ordine in libellum retulerat. Poſtremò de more interrogatus, nunquid moleſti reſideret in animo? Nihil, reſpondit: ac rurſus, num eſſet paratus Deum euocantem ſequi? Iucundiſſimè item reſpondit, paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Atque ita ſancto oleo iam inunctus, altera manu Roſarium, & quædam piacularia grana, altera ſacrum cereum ſuſtinens inter ſanctiſſima IESV, & Mariæ ingeminãda nomina viuere Deo cœpit. Adeóque leniter felix ille animus ab ſuo corpuſculo, quod fideliſſimum ſocium, atque adminiſtrũ habuerat, ſegregatus eſt: eíque tam viuidum colorem, oculos vſque eò nitidos reliquit, vt adſtantes migratio fefellerit. Manſitque deinceps Leniſſimè expirat.

D

venuſtiſſima in ore demortui ſpecies, quaſi leniter,ac dulce renidentis.

Moribūdo diuinę viſiones videntur obiectæ.

Est, qui teſtatur, auditum ſibi ea tempeſtate,cùm prędicaretur publicè, apparuiſſe moribundo clienti Beatam Virginem. Illud certè multi obſeruarunt, cùm iam proximè ab exceſſu abeſſet, oculóſque fere tanquam ſopore dulci quieſcens, placidè clauſos haberet, conſpecta interdum in vultu repētè ſereniore, cum oculorum hilari circumactu, dulcíque labiorum motu, & quaſi ſubriſu, argumenta quædam ſuauiſſimæ voluptatis, qua animus, vel in eo formidoloſiſſimo agone perfruebatur: vnde coniectura fiebat præclaram ei quampiam diuinarum viſionem rerum obiici. Iulius Fatius hora poſt noctem mediam tertia exceſſiſſe tradit:idem ſignificat Varſeuitius, cùm ſcribit, ſpiritum Domino reddidiſſe eadem fere hora, qua Dominus,& Saluator noſter ad glorioſiſſimam Virginem Matrem ſuam excipien

Qua hora mortuus.

piendam cum Angelis è cœlo ſcribitur deſcendiſſe. In codice quoque, in quo defunctorum ad S. Andreæ memoria conſeruatur, Staniſlai migratio die quintodecimo Auguſti notatur. Quæ faciunt, vt id certius exiſtimem, quàm quod prodidêre quidam, hora noctis tertia migraſſe. Tum id tempus, tum morbus, nec diuturnus, nec grauis, nec Medicorum iudicio periculoſus; præterea facilitas, qua adoleſcentis optimè conſtituti, & integris dum viribus diſſoluta coagmentatio eſt, iure perſuaſerunt ei ſuauiſſimo floſculo non abfuiſſe frugis maturitatem; neque imperioſæ mortalitatis rapacitate præcerptum; ſed extra ordinem auctoris vitę placida manu fuiſſe collectum. Morſomnino viſa præter vim naturæ.

EA nocte ad domum profeſſam vni ſociorum, qui ſtatuerat prima luce Staniſlaum inuiſere, viſus eſt ſemiſomni alius frater, qui monuit, fruſtra iterum, vt viſeret ægrotátem; iam Staniſlaum eſſe in cœlo; quod Statim reuelatur beatitudo æterna Staniſlai.

cùm is miraretur, iterum ille affirmauit, iam Staniſlaum eſſe in cœlo, denuntiauítque horam, qua ſolutus vinculis corporis euolarat. Commotus ea denuntiatione ſocius, altéque cogitationi impreſſam retinens, vbi diluculo primo ſurrexit, trepidè ſe dedit in viam: cúmque vita functum ſodalem amantiſſimum repeириſſet, cognita obitus hora, quod ſibi prędictum fuerat, plenus admiratione narrauit. Illud pariter animaduerſum eſt; cùm Staniſlaus multas ob cauſas meritò eſſet omnibus vnicè charus, magnæque expectationis; tamen perinde quaſi non de beata eius vita ſolùm certi eſſent, ſed ſtillas ipſe quaſdam ex torrente ſuperfundentis ſe diuinæ voluptatis deiiceret, magno omnes cum gaudio caſus acerbitatem tuliſſe; illud certantes, vt quidpiam è pauculis rebus, quæ ſancto fratri vſui fuerant, impetrarent, pro ſacris pignoribus aſſeruandum.

Mortis, eóque modo obitæ vulgata

vulgata fama ad exequias ingentem è Collegio, domóque profeſſa excitauit ſociorum numerum; tanto motu, vt eum concurſum, ſanctitatíſq; nomen admirans Franciſcus Toletus, qui poſtea fuit Cardinalis, túmque Theologiam in Romano Collegio nomine magno docebat, dixiſſe feratur: En adoleſcens Polonus mortuus eſt, cunctíque ad cadauer eius feſtinant. Nobis porrò vbi ſenes occubuerimus, quid fiet? Ad id, vt videtur, alludens, quod S. Auguſtinus cognita Magni Antonij vita, & ſubita ex lectione eius duorum conuerſione, dixit. Nec ſolùm celebratum eſt funus; ſed etiam tum alij, tum primarij Societatis Patres; pedes demortui tanquam ſanctas reliquias religiosè exoſculati ſunt. Hęſitque in animis omnium tam dulcis ſenſus ex admiratione diuinæ clementiæ, talia in ſuis famulis perpetrantis, vt accumbentibus ad menſam ſponte fluerent lacrymæ, & memoriam reficiendæ naturæ rapax il-

Concurſus ad exequias.

la cogitatio extingueret.

DENIQVE quàm ſingulari cum ſanctitatis opinione Staniſlaus deceſſerit; duo apprimè teſtantur. Primùm, quòd adoleſcens, ac Nouitius præter Societatis morem, in ligneo eſt conditus loculo, qui diſcretas, vt æquum erat, ad poſteritatis venerationem ſanctas illas Reliquias conſeruaret. Quanquam non erat tum cauſa vlla diſcriminis: namque illud nouo in templo ſancti Andreæ, quaſi conſecrandæ ceteris poſtea ſequuturis humo, & lapidi pretioſo in fūdamenta ponendo, primùm ſepultum eſt immaculatum corpus: quod haud ſine peculiari Numinis cura perdiu integrum, incorruptúmque permanſit; quaſi etiam tum conſeruatæ olim vigor virginitatis animaret. Deinde, quòd mors iuxtà ac vita viſa eiuſmodi eſt, vt cenſuerint Patres cunctæ ſtatim Societati, quod luculenter fecerunt, ſeparata epiſtola nuntiandam. Paulo copioſiùs eadem in Luſitaniam Iulius Fatius

Primus ad S. Andreæ ſepultus, & in priuato loculo ob ſanctitatis præſtantiam.

Corpus diu incor ruptum.

Literis eius vita cōſignatur.

ſcripſit,

ſcripſit, ſummo, vt apparet, ſtudio, vt qui gratiſſimæ cœlo illius animę diuitias interiùs norat. Eadem mox alij proſa, & carmine celebrarūt. In Polonia maximè venerationi tanquam Beatus cœpit illicò eſſe: multique ex eo Regno Staniſlai ſanctitatis nomine adductos ſe profitentur, vt nomē in Societatem darent.

Ornatur ſtatim Beati titulo.

ADHÆC picta eius imago in Cracouienſi Regia, inter Regni Patronos poſita eſt. Eadem cum Beati titulo longo pòſt tempore typis excuſſa Romæ auctoritate publica, & anno milleſimo ſexcenteſimo vulgata. Tertio inde anno Clemēs ipſe Octauus Pontifex Maximus, in quodam diplomate appellauit Beatum: ac die, quo obiit, anniuerſario decē annorum, totidémque quadragenarum indulgentiam inuiſentibus poſitum in eius patria Dei Matris ſacellum, Fabiani Konopaski, qui ſummi Pontificis Cubicularius, affinitate beatum Staniſlaum contingebat, rogatu anno milleſimo ſexcenteſimo

Eodē appellatur à Clemēte VIII. Pōtifice.

Pauli V. auctoritate effigies eius in tēplo cum lampade ac votiuis tabellis propoſita

quarto conceſſit. Poſtremò, Paulus V. quo nunc Paſtore ſummo gaudent Chriſtianæ gentes, cùm Alexandro Peretto Cardinali Montalto, nationis Polonæ Patrono, & Andrea Opalinio, nunc Poſnanienſi Epiſcopo, tum Præpoſito Plocienſi, eodémque Regio ad Pōtificem Legato, orantibus, rem ad conſilium ſacris ritibus præpoſitorum reieciſſet: rurſus inſtante Eleonora Vrſina Alexandri Ducis Sfortiæ coniuge, vt publicè colenda in templo S. Andreæ cum accenſa lampade, ac votiuis tabellis Beati effigies proponeretur, conceſſit anno milleſimo ſexcēteſimo quinto, pridie aſſumptæ Virginis, & anniuerſarij Staniſlai. Qua ſtatim ab Andrea Regio legato multis cum facibus honorificè expoſita, cùm poſtridie conueſtito raptim ſericis aulæis templo, quod potuit ex tempore editum celebritatis eſſet, Poloni, inter quos Legati ſtudium eminebat, haudquaquam extemporaria illa ſignificatione contenti; die octauo ſua dignam magnificentia

celebritatẽ inſtaurarũt. Eo die ab lacunari ad ſolum parietibus Damaſcena, auróque intexta veſte fulgentibus, adhibitis ſeu voce, ſeu muſicis inſtrumentis tota ex vrbe nobiliſſimis canendi artificibus, cùm Legatus, & flos Polonæ nobilitatis adeſſet, magnúſque cæterorum concurſus, ſacrum Paulo Iſernienſi Epiſcopo faciente, veſpertinæque preces ceremonia magna peractæ.

Ornatum ſepulcrum.

ACCESSIT proximè tũ ex plaſtices opere circa Beati imaginem, tum auratis circa ſacra oſſa clathris, pretioſa veſte, penſilibus ex argento lychnis, cæteróque apparatu cùm artificio, tum ſumptu illuſtris ornatus, Eleonoræ Vrſinæ, & Polonorũ in primis liberalitate: quæ magni pretij aliquot etiam aureos torques, nouum propè genus ornamenti miſêre: Deo nimirum cumulatiora reddente Staniſlai cineribus, quæ pater viuo exprobrabat imperitè abiecta. Augetúrque in dies ſacram imaginem, ac reliquias venerantium nu-

merus;& multis in Polonia, Romæ, alibíque acceptum ſibi adoleſcentulum, idem, qui ab initio cœpit, fauor diuinus proſequens, illuſtrat miraculis, ad animarum, & corporũ beneficium eorum, qui ad eius confugiunt preces. Multi grauiſſimis Dæmonum oppugnationibus eius ope erepti ſunt: alij optatas adepti virtutes, alij in morbis, aliíſque humanis calamitatibus præſens experti auxilium: effugati ab obſeſſis corporibus per eius inuocationem Dæmones. Denique ipſemet admirabili modo ad ſuæ beatæ vitæ teſtificationem multis apparuit. Quorum admirabilium operum ritè iuratis teſtibus tabulæ confectæ ſunt publicæ.

Multis in omni genere miraculis illuſtratur.

Atqve, vt exempla (quod olim recepimus) ſingillatim nõnulla proferantur, principio illud monere iuuat: inter beneficia, quæ per Sanctos ſuos Deus mortalibus tribuit, longè præſtare proculdubio ea, quæ propriè ad animi bona ſpectant. Etenim

verè dicitur, cùm miraculum, tum donum maius fuiſſe reuocatio Magdalenæ à vitiis, quàm Lazari eius fratris à mortuis: vti pluris eſt animi vita, quàm corporis. Verùm cœci mortales, vt corporis bona tam magno æſtimant, támque paruo animi; ita nec perinde morbos, & pericula animorum cognoſcunt; neque pari cura in his ad opem cœleſtem confugiunt: nec denique id genus beneficia æquè mirãtur. Mihi tamen conſilium eſt pro nobilitatis merito in hac narratione, quæ animum proximè, ac pietatem contingunt, ea prima omnium memorare; præſertim, quòd etiamnum viuens talia cœpit miracula Staniſlaus efficere, cùm quemadmodum ſuprà narratum eſt, perturbato illi ſocio tranquillitatem mentis breui prece reſtituit.

Hoc autem loco primùm meritò numeretur commutatio, & exitus vitæ fratris eius Pauli Koſtkæ, de quo ſuprà narrauimus: tanta enim

hominis conuerſio iure optimo Staniſlao tribuitur, qui gratiam fratri è cœlo reddiderit, qualem ſancti viri ſolent iis, qui nobilem ipſis patientiæ coronam elaborarint. Paulus ergo cùm primis annis haud multùm negotij ſuſcepiſſet in rerum cultu diuinarum, vbi maturuit ætas; ita diuerſam viam iniuit, vt moriens ſanctitatis famam, & ipſe magnam reliquerit. Comparem ſibi genere, ac cæteris ornamentis conquirens coniugem, aliquot conditiones fruſtra tentarat, cùm reputare cœpit ſecum, Deo cordi non eſſe, vt illo ſe vitæ genere illigaret; ac proinde vertendas aliò curas: quin Deo ipſi ſoluto planè ab terrenis nexibus animo, & corpore ſeruiendum. Hæc ſalutaris cogitatio nouæ illi vitæ initium fuit. Inde liberaliùs cœpit ſe precationibus dedere, diuina crebriùs vſurpare myſteria, ac reliqua pietatis officia tractare impenſiùs. Tum virtutis guſtu illectus, quæ experienti multo ſuauior, quàm cogitanti

tanti eſt, diuináque gratia corroboratus, quæ rectè factis amplificatur, animum induxit facultatibus ſuis Chriſto Domino redditis, pauperẽ vitam humilémque traducere. Itaque Praſniſij, vbi verſabatur, Patribus Franciſcanis (quos Bernardinos in Polonia vocant) certam pecuniã aſſignauit Templo, ac Cœnobio extruendo. Templo eiuſdem oppidi populari annuum vectigal auxit, & Sacellum in eo condidit, & in Sacello ſibi ſepulcrum cum inſcriptione hac poſuit, NON ERVBESCO EVANGELIVM. Significans vitam ſibi inopem, quamuis mundo ignobilem, vltrò delectam, quòd è ſchola eſſet non mundi, ſed Chriſti: nec rubori ſibi; ſed ſplendori ducere, quod cœleſtis Magiſter re, & oratione optabile, & glorioſum demõſtrarat, ac fecerat. Præclarè enim S. Ambroſius. *Neminem* (inquit) *debet pudere, ſi ex diuite pauper fiat, dum largitur pauperi: quia Chriſtus pauper factus eſt, cùm diues eſſet, vt nos ſua inopia dita-* 1. Off. c. 30.

ditaret.

DENIQVE amplas eodem in oppido ædes Xenodochio cõtinentes ædificauit, conſilio collocãdæ ibi Societatis. Quod vbi impetrare nõ potuit, pauperibus eas, & Xenodochio largitus, in earum parte pauper ipſe pro Chriſto, & contubernalis pauperum factus, vitam in aſſiduis ieiuniis, precationibus, & aliis pietatis muneribus egit, omnium virtutum; ſed præcipuè humilitatis ſpecimen latè clariſſimum prębens.

AVEBAT ſummoperè, vt abſolutum faceret holocauſtum, ſe quoq; ipſum Societati penitùs tradere, quã venerabundus vbiq; cum præfatione honotifica Sanctam appellabat. Et quamuis multa, ne reciperetur, obſtarent, ætas in primis grauior, ac perdita valetudo; tamen poſt diuturnam flagitationem, ſine fine perſeuerantem Claudius Aquauiua Generalis Præpoſitus, cùm ipſi homini, tum ſanctæ Staniſlai memoriæ tribuẽdum aliquid ratus admiſit. Hoc Pau-

Paulus nuntio lætus, dum conuerſo penitùs ad Crucem animo totus in eo eſt, vt à ſubortis litibus bona, quę Eccleſiis donarat, explicet, protinus in domum Domini euolaturus, Petriconiæ in Regni iudiciis, quæ tribunalitia vocant, lethifero morbo correptus, ad præmia rectè factorum, piorúmque ſtudiorum deceſſit. Certatim ad corpus viſendum confluxit vniuerſa nobilitas, quod & poſtea prædicabant quaſi quandam ſanctitatem ſpiraſſe; & omnibus eius cōſpectu acres pietatis motus iniectos. Ita Paulus, quo bono Staniſlaum arcebat, eius ab Staniſlao factus eſt conſors. Similiter olim Patriarcha Ioſeph bonorū in partē, qui illi interceptum ierant, fratres recepit. Sed humana illa fuêre, & caduca bona, noſtra hæc diuina, ac ſēpiterna, vt in Ægyptum aduocatos illos, ex Ægypto hunc euocatum appareat.

Religiosvs vir rebellantis prę-ter morem carnis exagitatus mole-

ſtiis

ſtiis (quippe placet interdum Deo hunc quoq; per ignem probare, atque excoquere virtutem ſuorum) incredibili conficiebatur angore, cùm eſſet nihil, vnde non vreretur: ac videretur ſibi aliquando tanquã per vim abripi, abſtrahíque à Deo, & ſanctiſſima eius conſuetudine. Non ceſſabat à cõſuetis ille quidem adhibendis remediis oratione præſertim ad Deum, multóſque Cœlitum, ac nominatim ad integerrimam Reginam virginum Dei Matrem Auxilium ſpiritualis magiſtri, & conſilium petiit: multas ob eã rem pœnas & afflictiones vltrò ſuſcepit; nihil quod vtile putaret, omiſit. At pertinax pugna durabat, reſeruante Deo collati gratiam muneris Angelo ſuo STANISLAO, cuius inter mortales gloriam, vti nuper cœperat, matùrum iam cenſebat clariùs illuſtrare.

VENIT igitur in mentem religioſo athletæ ad beatum adoleſcentem, vt totum integellum, támque Chriſto Domino, Parentíque eius acce-

acceptum confugere. Preces, neque eas, vt in tanta ſpiritus ariditate admodùm calentes fecit; & eodem tamen momento Tartarei illi cecidêre ſtimuli, conqieuit conſcientia, rediit guſtus diuinarum rerum, ſapórque ſuauiſſimus caſtitatis. Atq; hoc ille tam prompti, efficacíſque ſubſidij fretus pignore in magnam ſpem venit Angelicæ illius virtutis ad gradum aliquem conſcendendi, non irrita ſpe: ſi quidem magnam exinde facilitatem in eiuſmodi abigendi moleſtiis expertum ſe profitetur.

LAICVS in Polonia, & vnus è populo; ſed vitæ, mentíſque probæ, iamdiu ſcrupulis cruciabatur conſcientiæ, identidémq; horrendos à blaſphemiæ ſpiritu patiebatur impetus, & ad deſperationem maximè incitabatur: vnde vita intoleranda, ac peior morte fiebat. Quódq; grauius eſt, in perpetua agebat dimicatione, ſummóque diſcrimine vnà corporis & animi peſſundãdi. Confeſſarius vir prudens, & grauis poſt multa

multa incaſſum tẽtata remedia (nam & hoc habet diritatis id malum, vt peregrè curetur) auctor fuit laboranti, vt B. Staniſlai imploraret opem, ſpondens adſciturum ſibi illum in reliquum omne vitæ Patronum, ſi per eius clementiam periculis, & angoribus tantis eximeretur. Paruit is rectè monenti, votum concepit, ſpémque bonam, ac mentis tranquillitatem recuperauit.

Alivs item è populo Romæ confeſſionem adornãs, nec ſuorum, quem optabat inueniens peccatorum dolorem, ad B. Staniſlai ſepulcrum contendit. Hic oranti, opémque imploranti innocentiſſimi adoleſcentis, tantùm ſubiit odium ſui, tanta lenitas cordis, vt erumpens in fletum, vim ingentem lachrymarum profuderit. Quod rectè exiſtimanti videatur neceſſe eſt haud prodigium minus, quàm ſi duro è ſilice aqua fluxiſſet.

Idem euenit Eccleſiaſtico iuueni, qui dum per exercitia ſpiritus in

S. Andreę ad Sacerdotium ſeſe comparat, perſpectis quibuſdam literis idoneæ auctoritatis, grauibúſque teſtimoniis de vita, rebúſque mirabilibus Staniſlai, flexit eodem loco in ſuo conclaui genua, & ſublatis in cœlum oculis, manibúſque. Credo »
equidem B. Staniſlae (inquit) in cœ- »
lo te eſſe, gloriáque perfrui vitæ ſem- »
piternæ. Inde precor in huiuſce do- »
cumentum fidei, meorum vt ſcele- »
rum mihi dolorem, & contritionem »
exores. Vix tantùm effato tanta oborta eſt affluentia lacrymarum cum gemituum, ac ſingultuum eo ſtrepitu, impetúque, vt neceſſe haberet ad eam cohibendam vim ſummo eniti conatu, ne qui degebant in proximo exaudientes, rei nouitate commouerentur.

ALII præterea teſtantur, ſiue ad B. ſepulcrum, ſiue alibi ad eius inuocationem nunc admiſſorum dolorem ſibi adeſſe, nunc ſenſum dulcem pietatis, nunc pias lacrymas, nunc in perplexis curis explicatio-

nem,

nem, & claritatem, & ſimilia his. Nec deſunt, qui religioſæ vitæ mentem impetratam ſibi per eum, vel optatos in Ordines patefactum aditum profitentur.

Ad hoc ſpiritualium genus donorum pertinet oblatum Sacerdoti Polono viſum Staniſlao Oborskio nomine. Is inde à puero cùm ad Dei famulatum in ſocietate noſtra incitari cœpiſſet, poſt longinquam perſeuerantiam, infractámq; conſtantiam, ad Romanum tyrocinium receptus eſt. Vbi cùm ſpecimen eſſet virtutum omnium, præferebat tamē & ore, & moribus, & cuncto habitu corporis decorem quendam cœleſtem, atque modeſtiam integerrimam, vt planè Staniſlai nomine dignum agnoſceres. Eadem æquabilitate vitæ, atque virtutum, cùm decimum in religioſo ſtadio confeciſſet annum, Sacerdóſq; creatus eſſet, tādem Nieſuiſij, quod Polonici Regni oppidū eſt in Ruſſia anno ſalutis 1597 in grauem incidit morbum; qui

qui cùm iret in longum, atque inſanabilis fieret, ęgro iam de futura magis, quàm de præſenti vita ſolicito B. Staniſlaus cum B. Ignatio Societatis Parente, alteróque de familia eadem apparet, nuntiátque breui ad ipſos emigraturum. Nihil hac ſpecie lætius, nihil hoc iucundius nuntio religioſo clienti: nec fides vana fuit. Paulo pòſt vitæ ſuæ dies ponderoſiores, quàm numeroſiores expleuit. Eáque B. Staniſlai viſione ſimul palàm eſt facta beatitudo, qua ipſe fruitur in cœlo, ſimul benignitas, quia vtitur erga clientes in terris.

EADEM duo documenta tum quoque ſunt prodita cùm ad B. tumultum diuini odoris ſuauitas admirabiliter extitit. Anno 1602. agebat Romæ Nicolaus Oborskius natione Polonus, gente nobilis, ætate iuuenis, annorum ſex circiter, & viginti, prudentia apud notos omnes, vitáque probata. Is quinto Kal. Nouembris, qui dies B. Staniſlao relígioſæ vitę natalis fuit, ad tumulum

eius

eius preces facturus venit. Seruabatur ea tempeſtate ſacrum pignus in æde S. Andreæ ad læuum aræ maximæ latus, quod vocatur epiſtolæ, immiſſo in cauatum parietem loculo modicè ſupra pauimentum elato. Hîc Nicolaus vbi preces ad voluntatem peregit, proximos conditorio lateres, vti ſolitus erat ſemper, exoſculans, mira præter ſolitum odoris ſuauitate perfunditur. Dúmque & nouitatem rei, & odoris miratur præſtantiam, quò vberiùs ſenſu illo frueretur dulciſſimæ voluptatis, iterum atque iterum, ac ſæpius locum eundem exoſculatur, ac precationem producit. Tum circùm explorans num alibi quoque idem ſpiritus afflaretur, non niſi è Staniſlai halantem vrna deprehendit. Indę tanto affluentiùs, & pietatis delibutus dulcedine, quæ totum diem tenuit, & admiratione completus, imperare ſibi non potuit, quin protinus totam rem pio, prudentíque Sacerdoti ibidem ad S. Andreæ narraret.

ret. Qui dum cunctatur miraculo fidem adiungere, fecit Deus, vt ipſo experimento diſceret quanto eius bonitas ſumma opinionem ſæpenumero noſtram, fidémque tranſcendat. Nam eidem mox ad aram principem dum ſacrificat, eadem è ſacris oſſibus, quæ ſita in proximo memoraui, cœleſtis inhalatur ſuauitas ſolida, miniméque dubia, eiúſque generis ac præſtantiæ, vt ſatis luculento ſibi ipſa teſtimonio eſſet, bonitatéque terris incognita ſuam è cœlo originem affirmaret. Quò tamen liquidiùs, certiúſque conſtaret de tota re, ſtatim à ſacrificio, quoniam idem ipſe per id tempus ſacrario præfectus erat, ex Æditu o diligenter inquirit, éque comitibus, numquid vſquam eo die odorum accenderint, poſuerint, ſparſerint? Idem ex domeſtici ſacelli, quod aræ templi maximæ imminet, procuratoribus quærit; comperítque neque eo, neque proximis diebus tale quicquam factum. Nec planè vlla ciuſce ſuauitatis

tis peruestigari, fingíve humana cauſa potuit, vt nihil reliquum fieret, niſi vt noſtri huius beatiſſimi floſculi accommodaretur Reliquiis quod diuinè Paulinus Nolanus Epiſcopus de Felice canit.

6. Nat.; *Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus: oſſáque ſancti*
Corporis in tumulo non obſita puluere mortis,
Arcano æternæ ſed prædita ſemine vitæ,
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.

CONCLVDAM donorum hoc genus beneficij commemoratione, quod me non modò vt euulgem; ſed vt ſine vlla dubitatione teſtificer grati animi cogit officium; faciámq; eo libentiùs, quòd vt Archangelus Raphaël Tobiam admonet, *Sacramentũ Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificũ.* Et S. Auguſtinus ſcriptum reliquit, admonitam, ac propè obiurgatam à ſe non obſcuri loci matronam

tronam Carthaginenſem, Innocentium nomine; quòd acceptam diuinitùs curationem negligentiùs euulgaret. Maceratæ voluentis ſæculi anno decimo, pridie Nonas Nouembris è viuis exceſſit Hieronymus Sacchinus, qui complures annos ſingulis fermè diebus Dominicis, ac ſanctioribus aliis diuina frequentarat Pœnitentiæ, Euchariſtiæque myſteria, vulgóque vir habebatur in primis bonus, ac prudens. Hic ſupremo in morbo, poſtquam Medicorum ſententia planè depoſitus ad vltimum venerat, diuinóque Viatico, & ſancto oleo ritè communitus erat, aliquantùm releuari viſus eſt, & aliquot diebus meliuſculè habere. Verùm, vt morbi genus immanem habuerat ſtomachi offenſionem adiunctam, nihil appetentis, & quicquid ingeſtum eſſet, magno dolore, impetúque reiicientis, creuit vſque eò faſtidium, & odium cibi, vt tertio Nonas Nouembris, quamuis multùm multi omni arte,

induſtriáque conarentur, quos ille amabat plurimùm, ac verebatur, nihil tamen omnino vt admitteret in os adduci potuerit, quæ res magnam creabat acerbitatem cùm alijs, tum duobus liberis eius: quippe accitus Medicus, cùm tenuiſſimam febrim reperiret, & venæ percuſſionem propè conſtantem, eámque robuſtã; & anhelatio, ac ſingultus cõquieſſent, quibus antea conflictabatur; ad hæc nitidi oculi, os, ac vultus viuidum, ac naturalem colorem præferrent, exiſtimabat mali vim naturæ vi (nam erat apprimè firma conſtitutio corporis) ſuperatam; ſiqu[e] neceſſaria cibi ſubſidia caperet, e[x] eo diſcrimine poſſe prorſus emergere. Ille tamen obſtinatè cuncta reſpuebat. Id vrgebat vnum, Saccus v[t] Sodalium ſanctiſſimi Sacramenti quorum è numero à prima ætate fuerat, ſibi indueretur, vt ita compoſitus, ornatúſque mortem oppeteriretur. Itaque qui antè norant ingenio hominem mitiſſimo, miréque

tracta

tractabilem,& obſequentem, inſolitam pertinaciam eo tempore vehementer admirabantur. Verebantur quidam, ne quibus dæmonum præſtigiis illuderetur: alij cenſebant, quamuis alioqui minimè deliraret, hac tamen in re ſatis compotem mentis non eſſe. Et quanquam nemo erat, qui culpæ, certè grauioris, damnare auderet, fieri tamen non poterat quin pro eo, quanti ille ſupremus caſus intereſt, charos liberos talis tali articulo parentis ſtatus grauiter haberet ſolicitos. Quamobrem alter eorum de Societate noſtra ad opem implorandam Dei ſecedens, precatorem B. Staniſlaum adhibuit, vt cui tam felix è vita contigerat exitus, & à quo multa præterea ſe accepiſſe inſignia dona Religioſus profitebatur. Precatur ergo Beatum, vt miſello ęgro ad vitam æquè, ac mortem, & ad neceſſaria ſumenda ſubſidia impetrare à Deo pro ſua pietate velit debitam animi præparationem, & æquitatem. Huius rei ſi

fieret compos, eam vna cum cæteris euulgare eius miraculis,& certas ad tumulum eius exequi preces recipit, ita vt promiſſio, ſi Præſides ratam habuerint, voti vim, ac religionem obtineat. Hac precatione ſub alteram noctis horam facta, non multo pòſt, nemine iam quicquam rogante, vltrò æger admonet, ſi quid ſibi velint porrigere, ſeſe paratum aſſumere; cúmque gemini oui oblatum luteum facilè obduxiſſet, tanquam ad hoc obediētiæ documentū reſeruatus adhuc fuiſſet, magna pituitæ vi cōtinuò ad fauces delapſa, animā agere cœpit. Tum verò quanquàm ita moribundus iacebat, tamen, vt clariùs perſpiceretur quis animi ſtatus eſſet, interrogatur, num paratus æquè ſit ad vitam ac mortem ex arbitrio Dei ſuſcipiendam? & ille apertè ſe paratum ſignificat: ac rurſus quærenti num quæ neceſſaria cumque iudicarentur vitæ adiumenta ſumpturus obedienter eſſet? item planè affirmauit: quin etiam pœni-

tere

tere ſe ſiquid fortè adhuc pertinaci recuſatione peccarit, offenſionísve cauſam cuiquam præbuerit. Atque confeſſione denuò etiam ſacra expiatus, perſeuerans vſque ad vltimum in ſanctis precationibus, ſanctiſſima I E S V, & Mariæ nomina inuocans expirauit; vel recuperata per B. Staniſlai merita, vt certò exiſtimari par eſt; vel patefacta, quæ optabatur animi præparatione, ſuóſque, & cæteros, qui adſtabant, conſolatione plenos relinquens.

INTER adiumenta, quæ extra vires, modúmque naturæ conſtat allata corporibus, memorabile ſanè in omnes partes fuit prodigium, quod anno ſalutis milleſimo ſexcẽteſimo altero in Anna Theodora de Ligniuilla eſt perpetratum in Gallia. Nam & gens ea prænobilis eſt, & morbus erat pro inſanabili notus, & curatio repentina, & clariſſima fuit. Agebatur nobili fœminæ ætas annorum fermè quatuor ſupra viginti;

virtutíſque, & prudentiæ multùm inerat. Sed, vt totus mundus poſitus eſt in maligno, quantùm euentus oſtendit, diro aliquo veneno, veneficóque petita eſt. Nam primùm longo implicata morbo eſt, incomperto medentibus: cuius eò ſenſim peſtis proceſſit, vt tanquam certò morituræ ſuprema adhibita ſint Sacramentorum præſidia. Deinde, cùm lethalis ſe infregiſſet impetus, permanſit malefica vis; vnde ægra & doloribus torquebatur acerrimis, & crũrum penitùs deſtituebatur vſu, vt geſtatoria ſella, ſi quò commeandum eſſet, tranſueheretur. Quartumdecimum iam tenebat menſem id malum, medendi cõnſultis inſanabile prædicantibus, nec niſi veneficium eſſe dictitantibus, quò ipſorum ars neutiquam aſpiraret; cùm tamen nihil interim prætermitterent ab diſciplina ſua curæ, opíſque nihil vnquam prætermiſiſſent. Sub hoc tempus regreſſus ex vrbe germanus ægrę frater

ter Sacerdos idem, ac Religioſus tradidit ei formis excuſam Staniſlai figuram, circa quam Beati quædam miracula cernebantur expreſſa; ſuaſítque vt ei ſe Beato commendaret. Accepit eo cupidiùs & imaginem, & conſilium pia ſoror, quòd præter inſitum animantibus cunctis vitæ, & incolumitatis ſtudium, diuturni languoris cùm fatigata tædiis, tum afflicta deſperatione opprimebatur. Proxima die Dominico, qui fuit nonus ante Kalendas Decembris, cùm ſe deferri iuſſiſſet in templum, inter ſacrum vehementi incitatur inſtinctu, vt à Deo per merita Beati illius adeò illi grati adoleſcentis valetudinem roget. Hic impulſûs vnà cum impetrandi fiducia; quo ſacrificium vlteriùs procedebat, hoc ſtimulabat acriùs, creſcebátque ardor animi, quoad tandem, dum ſacroſancta populo Hoſtia demonſtratur, flagrans, & æſtuans ſuum coram Domino totum cor effudit, per Beati illius gratiam, ad eiuſdémque

gloriam rogans, & obſecrans ſuorum vt tandem cruciatuum, qui nullum modum, nullũ finem habebãt, miſericordia tangeretur. Rem profectò magnam, atque mirabilem. Momento eodem reuireſcere ſe quodammodo ſenſit, inſinuari toto corpore, fundíque per membra ſuauem quaſi ſuccum, & ad demortua crura delabi, vitámque eis, ac vigorem refundere, vſque eò, non ſolùm vt continuò ſenſus doloris omnis euaneſceret, ſed & protinus re diuina peracta ſuis pedibus domum, & nullo nitens adminiculo, perquàm expeditè redierit, ſtupentibus cùm iis, qui in templum vexerant, cæteríſque comitibus, tum quicunque tale ſuis oculis vſurpabant ſpectaculum. Nec minor admiratio extitit euentu mox apud nobilitatem longè, latéque vulgato, cùm in perſona tam nobili contigiſſet, tam longinqua valetudine, adeò nota, deſperatáque. Cæterùm quantùm ea res bonorum pietatem

Catho

Catholicorum erga Cœlites auxit; tantùm hoſtes Sanctorum Hæreticos pupugit, præſertim quòd nullus inficiando facto locus erat relictus. Quid igitur moliuntur? More ſuo, ne pernicialibus euadant è tenebris, meridianæ luci noctem conantur offundere. Muſſitant eam ſanitatem ipſis naturæ viribus, vſitatóque modo effici potuiſſe. Temperatum quippe fuiſſe maleficium ad certi ſpatium temporis, atque temporis puncto defeciſſe. Sed, vt ipſamet prudens fœmina diſſerebat, quanquam ab omni ſpecie veri abhorrebat, vt in punctum omnino illud, cùm ipſa Beati opem poſcebat, maleficij finis incideret, nihilo priùs, nihilóque poſteriùs; tamen, etiamſi id eueniſſet, non potuiſſet ipſa per ſeſe ſtatim incedere, properaréque, ac currere, vti fecit, ab æde ſacra in ſuam. Nam crura quaterdenum menſium interuallo atropha exaruerant, muſculi obriguerant; extenuati, contractíque nerui omni mo-

tu caruerant. Itaque tum quoque, poſtquam mali cauſa deceſſiſſet, niſi id miraculo; ſed propria, ingenitáque poteſtate naturæ factum eſſet, longo erat opus tempore, dum recrearentur, firmarentúrque debilitata crura, ſuſtinere vt corpus poſſent; iiſque ita liceret inſiſtere, & ingredi tanquam nihil præceſſiſſet impedimenti. Hoc enim intereſt, vtrùm valetudo diuinitùs, an recuperetur humanitùs. Vbi diuinitùs redit, ſupplente Deo per extraordinariam ſuam vim, imbecillitatem naturæ, mora indiget nulla, ſed eſt perfecta continuò: at vbi humanas redit per artes, quoniam naturales cauſæ imbecillæ ſunt, viréſque, ac progreſſiones habent finitas, & neceſſariam connexionem cum tempore, ſpatium, ac moram requirit.

MAGNA fuit in Regno Poloniæ Matthiæ Pſtrokouij auctoritas, magnum nomen, Quippe Preſmiliæ primum, tum Vladiſlauiæ, ac Pomeraniæ Epiſcopus, demùm ob

inſi

inſignem prudentiam, cæteráſque præſtantes virtutes ſummus Regni creatus eſt Cancellarius. Cæterùm tantum lumen, decúſque propè abfuit, quin anno ſæculi huius tertio repentinò extingueretur. Brozouiæ, quod Ruthenorum oppidum eſt, degentem tertio Kal. Auguſti vehemens ex improuiſo ſymptoma corripuit nocte intempeſta, eo periculoſius, quòd id loci, ídque temporis ſpem humani auxilij omnem intercludebat. Ad diuina igitur Religioſus Antiſtes mentem conuertit, non ignarus tum maximè prompta eſſe, vbi noſtratia defecêre. Non multis antè diebus ab Societatis noſtræ Sacerdote Chriſtophoro Angelo Iaroſlauienſis Collegij Rectore fragmentum acceperat capſæ, in qua primò Staniſlai corpus conditum Romæ fuerat, ídque religiosè pro ſacro pignore aſſeruabat. Huius memoriam in eo caſu neceſſitas ſtatim illi ſubiecit. Sine mora prehendit, magnáque fide doloris

admouet loco; ac protinus non leuatio ſolùm, ſed & liberatio perfecta conſequitur. En quantùm ſuos Deus famulos cohoneſtat, vt ſepulcrorum reliquiæ, hoc eſt, ipſa domicilia mortis è ſacrorum attactu corporum ſalutiferam vim, ac vitalem adſciſcant. Ad grati animi monumentum, Deíque gloriam, & Patroni ſui, ac liberatoris honorem Epiſcopus tum rei ſummam in libello ſcriptam chirographo, ſignóque ſuo muniuit; tum pingi, ſcribíque iuſſit in tabula, quæ ad Beati tumulum in vrbem miſſa, hodiéque inter cæteras viſitur cum ſigno, ac titulo.

CLARISSIMA fœmina Oſtrouiæ Dux, Tarnouiæ Comes, Palatina Voliniæ, quódque omnium decorum primum eſt; B. Staniſlao cognata, Anna Koſtka eodem anno ſalutis humanæ ſupra ſexcenteſimum tertio, ex loculi eiuſdem particula præſentem opem ſenſit in partu. Tenens enim illam adhibita prece, cùm cæteros antè partus difficillimos

limos, inter dolores acerrimos habuiſſet, ita tum leniter, faciléque enixa eſt, vt continuò, & ad ingrediendum, & ad quæuis conſueta ſibi munera ſuppetere vires profiteretur; nec eſſe decubituram niſi ad materiam declinandam ſermonum, ſeruiendum conſuetudini exiſtimaret. In alia deinde ægrotatione nihilo minorem experta Beati clementiam, vtrumque beneficium chirographo, ſignóque ſuo, & iureiurando teſtatum voluit. Aliis poſt hæc ſuper alia inſignibus affecta beneficiis, quorum facilè maximum numerabat, quòd in ſummo periculo tumultuum, & conuerſionis publicarum rerum, & plurimæ cædis turbo teterrimus minimo motu, damnóque decurſus euanuiſſet, Romam ad Beati tumulum ſua dignum & magnificentia, & pietate exoluendi voti causâ donarium miſit, & materiæ pretio, & ſubtilitate operis, & additorum gratia ornamentorum ſpectandum in primis. Ea fuêre can-

delabra

delabra ſex de puriſſimo ſuccino, binos fermè elata palmos vernacula menſura, auro, argentóque aptè diſtincta; itémq; è ſuccino tripalmaris Crux cũ pẽdẽtis Domini effigie; cuius in baſi ſigilla duo conſpiciuntur raræ artis è ſuccino item, cætera fulgoris aurei; ore verò, collóque, & manibus candoris eximij; alterum Staniſlai in Societatis habitu recumbentis in genua, & Angeli alterum diuinam eidem Hoſtiam porrigentis. Inſertum decorè Crucis in ſtipite puſillum eſt emblema cum indice, monumentum dedicantis, & cauſæ. Totáque diſperſa baſi Crucis: & candelabrorum quoque medio inſita ſcapi nodo è ſuccino candenti ſigilla ſubtilitatis belliſſimæ; in quibus expreſſa mireris præcipuorum argumenta decorum; quę viuo Staniſlao diuina præter ordinem indulgentia obuenêre. Quibus donis diues opum, & pietatis Dux Anna alia deinde paris, adeóque maioris nobilitatis adiecit.

EADEM

E a d e m Koſtkarum de gente Catharina matrona lectiſſima Staniſlai Vapouij, qui Caſtellanus deinde Preſmilienſis fuit, coniux, tertium iam diem ex partu laborans, cùm adhibitis nullo effectu facultatis humanæ præſidiis, deplorata ſimul parentis, ac ſobolis haberetur ſalus, vbi Staniſlai inuocatum eſt patrocinium, præter omnium expectationem filiòlam incolumem incolumis peperit. Cúmque ſubinde vir eius Vapouius in vrbem veniſſet, ſumpta propter Beati tumulum religiosè Euchariſtia, ſuo coniugíſque, ac prolis nomine voti explendi causâ nobile aureum monile in tumuli eiuſdem ornamentum donauit.

M a x i m e certum in hoc genere, illud quoque & notabile cenſeri beneficium debet, quòd Anna vxor Petri Iancinij Leopoli conſecuta eſt anno ſalutis 1605. Nam ſexto Idus Octobris à primo veſpere ad octauam noctis horam cùm diſcrucia-

retur doloribus partus intolerãdis, non alij modò, ſed & Petrus vir eius, qui Medicus erat, ab artis ſuæ, cunctíſque mortalium leuamentis deſperauit. Itaque & ſuam vicem dolens, & amantiſſimæ coniugis dira tormenta miſerans, ad B. Staniſlai benignitatem ſtudiosè cucurrit. Nec à precatione quarta interceſſit horæ pars, cùm parturiens fœtũ feliciter edidit, admirãtibus æquè cunctis, & gratulantibus, & obſtetrice affirmante mirabilem partum fuiſſe. Quæ omnia idem Medicus, vir grauis, & ſapiens apud Archiepiſcopi Leopolitani ſcribam ritè, ſanctéque aſſeuerauit.

Leopoli item honeſta fœmina Suſanna coniux Pauli Lanij primùm in puerperio præſentem Staniſlai opem ipſa perſenſit; deinde nacta quaſdam eius Reliquias, Annæ filiæ ægrotanti applicuit, ac valetudinem reparauit. Poſtremò filiæ eidem poſt aliquod interuallum nouo morbo grauiùs laboranti eodem

dem præſidio morbum abegit. Horúmque omnium gratam teſtificationem Suſanna edidit ſacramento firmatam.

IAROSLAVIÆ anno 1605. honoratus, piúſque Sacerdos Eccleſiæ principis, nomine Angelus, cùm fracta dextera præ dolorum immanitate, ac ſpaſmis affixus lecto iaceret, vix ſui potens, nulliúſque potens membrorum, quinto Idus Nouembris magna fiducia, ac præparatione Staniſlaum compellauit his verbis: B.Staniſlaë Koſtka, ſi qua apud Deum in Societate IESV merita ſunt, vti certum ipſe habeo, ac profiteor, per ego ea te merita, tuáſque preces oro, quæſóque, hæc vt mihi acerbitas mali mitigetur. Quæ ſimul ac dixit, qui veſtigiis nequibat inſiſtere, ſéque peręgrè commouebat, deſilit è cubili, ac nemine duce, nemine ſuſtentante deſcendit in imum impluuium: ſtupentibúſque domeſticis; Ne miramini (inquit) Beato me Staniſlao permiſi, continuóque

nuóque impatibilis ille, quo opprimebar, doloris morſus elanguit, tantúmque corpore toto hauſi robur, vt ipſam commouere, atque agitare manum infractam poſſem. Poſtridie Chirurgus de more cùm veniſſet, tacitus expectabat Preſbyter, quid ille de mali ſtatu pronuntiaret. At peritus magiſter confeſtim vt dexteram vidit, & attrectauit, admirabundus. Quid rei hoc eſt? exclamat. Quid adhibuiſti medicamenti? Ecquem præter me aduocaſtis? Vt ita ſubitò reſtituta ſunt, & coaluëre comminuta hæc oſſa? Ad extremum cognito curationem neutiquam mortalis, ſed cœleſtis medicinæ fuiſſe, gratulatur Numini eiúſque Beato: ac rem totam pro miraculo apud Iaroſlauienſes Conſules vnà cum Preſbytero ſacramento ritè interpoſito conteſtatur.

Ioannes Goſtomkius nepos Palatini Poſnanienſis anno 1604. quartana vexabatur permoleſta; nec remedio quicquam erat: quæ morbi

morbi eius natura eſt, vt rarò niſi longinquitate temporis expellatur. Cupiens tamen æger maturè, ſi poſſet, defungi, quo die periodus circumagebatur febris, pauxillum vini, quo B.Staniſlai Reliquias perluerant, religiosè præſumpſit; ídque potens adeò munimentum fuit, vt neque eo die, neque poſtea febris vnquam redierit. Ipſemet Palatinus miraculo rem adſcripſit, ritéque teſtatus eſt.

Eodem anno Ioannes Bieſiekerskius verbi diuini præco de Societate noſtra, cùm pomeridianas ad populum in æde ſanctæ Barbaræ, vbi noſtrorum Profeſſorum domus eſt, conciones haberet Cracouiæ, exæſtuare febribus ingentibus cœpit, quibus de poteſtate mentis propè deiiceretur. Ecce autem malo in dies inualeſcente perueniunt ex Italia Patres aliquot, qui de B.Staniſlai ſacris pignoribus afferebant. Quod vbi æger accepit, conſolatione plenus, & gaudio ſpem ingreditur

tur per ſalutaria illa pignora recuperandæ ſalutis, vt aliquot adhuc annos in vinea Domini facere opus liceret. Porrigitur ergo optanti, petentíque Beati dens ſuccineo inclu-ſus corculo, quem veneratione magna ſuſceptum dum oſculatur tanquam gelidâ infusâ vehementes illi deferbuêre ardores; & ſuauis velut aura per artus ſerpere viſa eſt. Denique leuatio conſequuta, eiuſmodi, vt Medicus Regius inuſitatam, prætérque nàturam profiteretur. Et mox ſalus ad plenum recepta.

EADEM in vrbe Cracouia Tyro de Societate Albertus Galskinskius vitio ſtomachi labefactata grauiter valetudine peſſimum in locum venerat, cùm & acies hebetari cœpta eſſet oculorum. Nihil conſueta de charitate deſiderari Patres ſinebant: non curæ, non ſumptui parcebatur, ſed in irritum cadebant omnia. Augebatur in dies ſtomachi languor, viſus in dies minuebatur. Itaque veriti Patres, ne è Societatis

vſu

ſu non eſſet, diſciplinæque labori-
bus non ſufficeret, deliberare cœpe-
runt (quoniam tyrocinium pericli-
tatio eſt) de homine dimittendo ad
ſuos. Quo nuntio grauiùs adole-
ſcens quàm morbo ipſo perculſus;
triſtioremque vitam ducens, quàm
ſi inſtans denuntiata mors eſſet, pio
ſtudio expoſuit tutelari ſuo Stani-
ſlao calamitates, ac pericula ſua,
obnixè orans, vt, quoniam tantùm
ipſe laborum, ærumnarúmq; ſuſce-
perat in ſanctam Religionem vt pe-
dem inferret, ſe, qui bonum illud
iam preh enderat, ne pateretur ex
portu in altum reuolui. Crediderim
ſanè pro eo, quanti Staniſlaus fece-
rat habitare in domo Dei, & hanc
nominatim Societatē adamauerat,
has ei, ſi vllas, maximè gratas acci-
diſſe preces. Quas Tyro dum con-
ſtanter ingeminat, ecce quieſcenti
copia ingens puris ex auricula ma-
nat. Inde vis mali eiecta, oculis cla-
ritas reddita, & ſtomacho robur;
& valetudo in integrum reſtituta, &
quod

quod caput eſt, Religio conſeruata, fatente Alberto vna, eadémque re Staniſlaũ ſibi Patronũ bis fuiſſe, corpúſq; illi ſe, & animum debere. Atq; hæc libaſſe fuerit ſatis ex admirandis operibus, per quæ B. Staniſlaus ſuam Sarmatiæ ſuæ præſentiam intra fines Regni declarauit. Nec verò minùs aliis in terris ſiue Polonis, ſiue aliis quibuſvis opem implorantibus præſentem ſe, atque beneficum præbuit.

Anno 1604. Gaſpar Mloskius natione Polonus, pietate, gradúque venerandus Sacerdos, Plocienſis Eccleſiæ Decanus, cùm degeret Romæ, grauiter vexabatur frequenti vertigine, & continenti grauedine; qua dies, noctéſque in thoracem defluente præter modum angebatur. Vbi multa tentauit experimenta medentium, nec vllum profecit, ſtatuit cœlum mutare, experiríque, ſi quid Neapolitana prodeſſet amœnitas, quæ tali peſtium generi clemens haberi ſolet. Cæterùm

rùm contrà atque ſperabat euenit. Vix eò peruenerat, cùm inualuit, increbuítque vertigo, & rheuma, & aſthma deſæuiit: vt quondam velut exanimis, ſeſéque deſperans collaberetur. Quo in caſu timens ne penitùs expiraret, humanorum auxiliorum cùm nec vllum ſuppeteret, & vniuerſis diffideret, perexiguum, qui manſerat, ſenſum colligens, & contendens, mente, vt vt potuit B. Staniſlaum inclamat; ac repentè (rem planè miram) ſentire ſibi videtur conuerti cor à dextero in ſiniſtrum latus. Animum inde collegit, & continenter proceſſit in melius ad integram vſque, ac ſtabilem ſanitatem. Nec deſinebat paſſim, ac palàm commemorare, cùm antè palpitationem cordis ad dexterũ latus ſentiret, ex eo tempore perpetuò ad ſiniſtrũ, vti naturale eſt generi humano, ſenſiſſe.

H A V D diſſimile eſt quod ſequitur. Nicolao Oborskio, de quo antè meminimus, repentinis, crebríſque

pun

punctionibus perſtringebatur cor, adeóq; ſpititus obſtruebatur vehementer, vt in perpetua ſe vitæ alea verſari putaret. Anno ſæculi huius primo, Decembri menſe, per noctis ſilentia ſolito acrioribus preſſus anguſtiis, intercluſa reſpiratione, vt nec verbum expedire poſſet, nec hiſcere, ter animo dixit: Fer opem B. Staniſlaë, fer opem. Atque tam præſens adfuit auxiliũ, poténſque, vt & angor ſolutus in præſentia ſit, nec poſtea vnquã ſubierit, quãuis ea Nicolaus committeret, vnde ſolebat exiſtere: & interdũ explorandi cauſa num plenè eſſet curatus, in latus læuum recũberet; quem ſitũm ei malo opportunũ omnes affirmant, & ſibi ipſe maximè infeſtũ antè reperiebat. Affixit igitur miraculi monumentũ ad Beati corpus votiuam tabellam, factúſque in dies tũ corporis firmitate, tum animi pietate valétior, totũ ſe diuino mãcipauit obſequio: ſuperſtéſque hodie inter nos viuit perſpectæ virtutis Sacerdos.

MARTINVS Barin ciuis Iaroſlauienſis ætate quadragenario maior, matura quoq; vir pietate, grauitatéque morũ,atque prudentia, laborabat Romæ vehementer ex pectore, difficulter animam trahens,& purulenta excreans.Cùm autem quondã intérfuiſſet,dum per Staniſlai inuocationẽ ex energumeno Dæmones quidam abigerentur; ac ſciret præterea quàm celebris Poloniã,& alias terras de B.adoleſcentis ſanctitate, auxiliiſque per eũ diuinitùs impertitis fama peruagaretur, nõ dubitauit ſibi quoq; propitium fore. Fudit igitur ſtudiosè preces, poſteráque die priſtinæ ſanitati in totũ eſt redditus. Idẽ rurſus cùm laboraret ex capite, vt non legere,non ſcribere,non vllũ humani vſus obire munus poſſet, ſimul ac ſupplex ad B.Staniſlaũ acceſſit,leuamentum inſigne,& mox plenam valetudinem recepit,aucta vehementer fiducia, tam paratæ benignitatis,vbicunque caſus ferret, interpellandæ.Nec longa interceſsêre tẽpora, adeò eſt fœcunda malis hu-

mana vita, cùm vſus incidit. Dolore occupatur acerrimo capitis coniunċto cum dentium vnius dolore intolerabili. Nullā capere partē quietis, non conſiſtere loco poterat. Itaque ad vltimum remediorū adiecit animum, vt originem mali dentē euelleret. Priùs tamen conſilium cepit experiri, num & hac in difficultate adiutricē ſibi Patronus ſuus è cœlo porrigeret manū. Antè igitur quàm noċturnam ſe ad quietē componeret, veneratur Staniſlaum, vouétque ſi compos eius voti fieret, quotidie quoad vita maneret, veſperi, ac manè, priuſquàm cubitum ſe conferret, vtque primùm exurgeret, nomē eius inuocaturum. Secundùm hoc votū recubans, ſoporem facilè admiſit, quieuítque leniter totam noċtē, ac manè penitùs ſanus euigilauit. Quis hęc tot inter admirabilia non & illā ſuccurrendi tam proptā perſeuerātiam iure miretur, & quidem in leuioribus ſæpe periculis? Nimirū inæſtimabilis palàm fit optimi Dei benignitas erga mortales, dum facile

adeo

adeò aures votis quoque nõ magnis accommodat. Summam itẽ domeſticos ſuos honorandi curã demonſtrat, dum talia per illos ad nos permanare vult auxilia. Gnarus enim pleroſque hominũ haud paulo magis æquo illiberales, nec alia magis re, quàm cõmodis duci ſuis, hæc ipſa cum honore Sanctorum, cultúque connexuit, & implicuit, vt honores eorum virtuti debitos vel illècebra vtilitatis eliceret, vel neceſſitatis quædam quodãmodo vis exprimeret. Martinus, de quo nuper narraui, tanta cõmotus indulgentia, votíque noui damnatus, non promiſſa modò fideliter perſeuerauit exoluere, ſed per publicum quoque Scribam tabulis anno 1603. Kal. Aprilis, ritè confectis iuratus hæc omnia poſteritati omni teſtata voluit.

Sed ad commendandam charitatis Dei dulcedinẽ quid quæſo mirabilius, quàm amicis ſuis tantùm tepẽdere eũ vel inter mortales honoris, dũ nõ ſolùm tam multa per eos largiri gaudet dona cœleſtia: ſed etiã

tot largiri amat modis, pérq; res, quę vel lõgè eos attingãt? Narrat nõ vno loco S. Auguſt. per flores, qui Stephani Protomartyris vel attigiſſent Reliquias, vel aræ fuiſſent impoſiti, nunc bonã reuocatã hominibus valetudinẽ, nunc etiã bonam mentem fuiſſe tributã. Nimirũ placet ſummæ illi Maieſtati materiã tũ iuuandi miſeros, tũ ornãdi Beatos ampliare vſq; ac latiùs extẽdere; bellãtẽmq; Eccleſiã, ac triũphantẽ ſancto cõſerere, & copulare commercio. Id genus benignitatis in B. quoque Stãniſlai honore depromptum eſt.

Beatricis Caietanæ quandiu vixit, non magis nobilitate, qua erat clariſſima, quàm laudibus ſuis, grauitate, pietate, ſapiẽtia inclytum nomen, ac venerandùm Romæ fuit; viuítque hodie, ac viuęt longiſſimè ſpectatiſſimæ fœminæ clara memoria. Hæc ætate iam grauis anno ſęculi huius eunte quinto, Auguſtóque menſe B. Staniſlaum ad S. Andreæ, (vt non rarò faciebat) ſalutatúm venit, póſtq; venerationem aliquid po-

ſtula

ſtulauit Reliquiarum illius in adiumentum puellæ ſuarum è numerô, quam febris quartana depaſcebatur. Cùm aliud nihil eſſet ad manus, floſculus datur ex iis, qui, vt aſſolet, Beati tumulo ad ornatum erant impoſiti. Hunc domum Beatrix delatum cùm ægrę impoſuiſſet, quartana deinceps nunquam prorſus acceſſit, rémq; vt planè mirabilem grauiſſima illa fœmina teſtificari, ac prædicare nunquam deſtitit.

MATRONA quoq; Romana nobilis fuit, ſanctimoniæq́;, ac ſapientiæ tota vrbe clariſſimæ Clarix Ghiſia Camaiana, quam anno eodem ſalutis humanæ 1605. altera mamillarum & doloribus immenſis, & febribus vehementiſſimis diuexauit. Intumuerat fœdum in modum mamilla: & dirum apoſtema minitabatur, & inualeſcebat peſtis in dies. Pia fœmina plus in cœleſtibus, quàm terrenis ſpei reponens medicaminibus, ad S. Andreę vehi ſe iuſſit. Hîc ad ſepulcrũ B. Staniſlai preces, ac vota cõcepit, ſi ex maiore Dei laude fo-

ret, vt ſibi valetudinem impetraret. Tum ſumptū ex ornatu ſepulcri florem ægrę mamillæ magna cum pietate imponit, ac fide. Continuò delinitus eſt dolor, detumeſcere cœpit, ac ſenſim prorſus euanuit periculoſa illa gangręna. Id totum grato animo iurata teſtatur matrona libello ſua manu ſubſcripto; additq; cùm haud ſemel poſtea alterum vber doleret, ſimul florem eundē, quem videlicet piè ſeruabat, apponeret, ſalutarem illicò opem præſtò fuiſſe.

Anno eodem, mēſe Octobri Romulus Vaccarus item Romanus, alterius oculorum propè in totum orbatus acie, cùm nihil reſtaret in Doctorum diſciplina ſubſidij, votū nūcupat, ſi per Staniſlai adiutorium ſibi viſus inſtauretur, oculorū par ex argento ad tumulum eius appēſurum. Sub hæc particula ex cōditorio Beati vitioſum cōtingit oculum. Quem ad cōtactum extemplo graue quoddam ex oculo, quod antè opprimeret, decidere quaſi pondus videtur: ſimúlq; orbæ lumen pupillę ſiue re-
clu

cluditur,ſiue renaſcitur; & ipſe votum gratus exoluit.

Eadem difficultate, voti reus Iacobus Abbas patria Brixienſis item argenteum oculorum par ad ſepulcrum Beati: aliíque paria alia par experti auxilium ſuſpendêre.

Iacobvs Laurus vir bonus, ſatíſque Romæ notus religioſarum ſculptura imaginum; dum formas B.Staniſlai quaſdam incidit, ſenſim piè cœpit aduersùs illum affici, auctáque in dies obſeruantia, ac veneratione, haud ſimplici experimento didicit, quãtus in pietate quæſtus ſit. Dirũ apoſtema occuparat ei fauces iniquiſſimo loco; vt cùm admoueri medicamenta nequirent, interclusáq; eſſet via cibo, nec pituitæ reiiciẽdæ facultas relicta, niſi præcipua Deus ope ſuccurreret, planè ſe deſperaret. Hærebat tamen animo B. Staniſlai memoria, ac certa fiducia redituram ſibi valetudinem per eius preces. Nec ſua probo cliẽti ſpes mẽtita eſt. Magno ſtudio ſalutem B.Staniſlao commendat: ſuppuratio rum-

pitur, valetudo redintegratur.

Havd multis interiectis temporibus ſiniſtrum lumē eidem ęgreſcit. Nebula, caligóve quædam inſedit, quę penitùs obſcurabat. manāte ad dexterum quoq; pernicie, tanto grauius homini malū, tantóq; damnoſius, quanto magis, quam tractabat ars, vnde ſuam, familiolęq; vitam tolerabat, opus habebat oculis. Cōuenit Patronum ſuum Staniſlaum; religiosè eius tumulum viſit: paucíſq; diebus optatis cumulatè potitur.

Conseqventi anno, qui milleſimus ab humana ſalute ſexcenteſimus ſextus numeratus eſt, per diſtillationes vis grauedinis aſperrima in dorſi ſpinam illapſa miſellū afflixit. Iacebat affixus lectulo, nec vſquam commoueri ſine acerbiſſimis doloribus poterat. Super omnia vehemēter verebatur, ne perpetua debilitas inde, atq; inſanabilis reſideret. Rurſus igitur ad B. Staniſlaū animo ſupplex adiuit; neq; minùs expoſitam, quàm antè erat expertus, eius benignitatem inuenit.

Pro

PROXIMO deinde anno Sigiſmũdum filiũ morbus difficillimus implicuit, & in vltimum periculi diſcrimẽ adduxit. Hebetato iam viſu, ſenſibúſq; aliis præmortuis non exaudire, non fari, neminem agnoſcere, nihil ſumere nutrimenti. Bonus pater dolebat quidem; cæterùm haud deſperabat de Staniſlai ſui miſericordia. Supplex igitur rogat, ſi è maiore Dei futurum gloria ſit, vt filio vitam exoret: vouétque, ſi votum ſuccedat, ad ſepulcrum ipſius expreſſam in argenteo textili eius effigiem cum titulo delaturum. Voto cõcepto, malum frangitur. Sigiſmundus breui è diſcrimine emergit, tum penitùs conualeſcit. Quæ beneficia omnia non modò iuratus B. Staniſlao Laurus accepta refert; verùm etiam profitetur in ſingulis illo ipſo temporis puncto, quo B. Staniſlai opem depoſceret, inſigne leuamentũ ſenſiſſe.

ROCCHETTÆ & Peteſcia oppida ſunt in Sabinis. Ibi Liuia Montana anno 1606. ex peſtifera febri poſt ſacroſanctum, ſuſceptum. Viaticum

B. Staniſlao deuota conualuit. Hîc anno priore fœmina alia cùm ſtridores & vlulatus beſtia immaniùs ederet; iámq; diu aut veneficio illigata, aut inſeſſa à Dæmone putaretur, immiſſa in ſinum à circumſtantibus dum maximè furit, B. Staniſlai effigie; & iuſſa in Dei nomine per Staniſlai aduocationem quieſcere, dicto citiùs ex fœda tanquam monſtri figura vultum hominis, humanitatéq; recepit, quieuit, ac ſiluit, prioribus intemperiis omnino in poſterum quoque ſoluta.

Forolivii Helenã Antoninã ciuẽ perhoneſtã grauis capitis dolor inter parturiendũ oppreſſit, vnde eo grauiùs angebatur, quòd audierat, quæ infirmitates in partu fœminas inuadunt, apprimè pertinaces, ac fermè perpetuas fieri cõſueſſe. Itaq; & præſenti ægra cruciatu, & futuri anxia B. ſe Staniſlao deuouit, ad eius imaginem, quæ recèns in Collegij Foroliuienſis tẽplo publicata erat, cereo capite appendi iuſſo. Nec donũ, votúmque inane ceſſit. Acerrimus ille

dolor

dolor capitis ipſum ante puerperiũ prorſus euanuit,nec vnquam poſtea ſubiit.Cæterùm in infante,quem incolumis edidit, fœda apparuit hernia.Id enim mali eſſe Medici aſſeuerarũt duo,nec aliud eſſe medicamẽti præter ſectionẽ,quã tamẽ in præſentia infantis teneritas nõ ferret. Quãobrem remedia tantùm quędam decreuêre,quæ deſiccandi prædita vi, progreſſionẽ mali ſiſterent in ſecãdi maturitatem. Mater interea, quã in ſe compertam habebat B. Staniſlai opem, non ceſſabat filio adprecari, multo plus in clementia eius ſpei reponens, quàm in ſubſidiis hominũ triſtibus adeò,ac periculoſis.Altero vertente anno cùm tempeſtiua iam medicina,ſeu potiùs tolerabilis iam carnificina videretur,Chirurgus adfuit ſuis telis armatus. Helena ne tũ quidem imminuta;ſed potiùs aucta de B.Staniſlao fiducia,cæteris metu, & miſeratione torpentibus, ita ſecũ precatur; B.Staniſlaë, effice ne hac curatio ne ſit opus.Inter hæc peritus Chirurgus iterum, atq; iterũ inſpe-

ctat,exploratque malum: dúmque ſuſpēſis circūſtantium animis,& cōtentis oculis acerba cultri impreſſio expectatur,hilaris caput attollit, ac benè factum (inquit) puer hic ſanus eſt;nihil opus eſt ferro. Fit gratulatio inter omnes:veréq; puero ex eo tēpore plena ſanitas conſtitit: ſimile ſanè beneficiū illi, quod S.Auguſtinus præſente, ac ſpectante ſe nobili viro Innocentio prēſtitū narrat Carthagine:cui Medicus,vt fiſtulā ſecaret accitus, dum expedito ſcalpello ſcrutatur oculis, digitíſq; cōtrectat ſcindendū ſinū,repentè omnia coaluiſſe diuino miraculo, ac penitus conſanuiſſe reperit.

CÆSAR Alucius noſtra de Societate, verbi diuini Prædicator, facultatis idem,virtutíſque probatæ altero recentis ſæculi anno Recineti, inſtāte magno ieiunio febri correptus eſt. Cúmq; illud doleret maximè,quòd eo tempore ceſſare,ac decūbere cogeretur,quo tempore ſatorum Euāgelicorum ſementis pariter ac meſſis eſt, inuocato perſtudiosè Staniſlao,

protinus ab tertio febris circuitu, quã optare opportuniſſimè potuit, omnino validus ſibi,populóque eſt redditus. Quod ſuis ad Ludouicum Maſſellium ea tempeſtate Aſſiſtentẽ idẽ narrauit,& cõteſtatus eſt literis: ſtudioſiórq; bene merentis Patroni cultor,ac prædicator eſt factus.

IGNATIVM Rocoletum de Societate eadẽ, anno 1606. diuturnus, & grauis morbus in extremam vitæ aleam, hoc eſt, in manifeſtam tabẽ, ac phthiſim adduxit. Nã pręter longinquitatem languoris in deterius ſemper labentis, aſſidua carpebatur febricula:dolebat pectus, tuſſi quatiebatur,anhelabat grauiùs, cibi deſideria funditùs perdiderat, nullam capiebat noctu quietẽ: ſupérq; hæc adeò extenuato , exeſóque erat corpuſculo,vt figura longè ſimilior tabefacti cadaueris, quàm hominis viui eſſet.Sex totis menſibus ita productis,de Medicorum ſententia tãquam ad vltimum deſperatorũ ſolatium,ad cœlum natale Recinetum defertur. Hîc peiùs initio factũ eſt:

nec

nec iam dubia cuiuſquam opinione, quæ reſtabat ſcintilla vitæ ſenſim extinguebatur. Studio quodam præcipuo ferebatur bonus vir aduersùs Staniſlaum;ſedulitatéque,ac pietate inſigni ante infirmitatẽ ad S. Andreę cùm agitaret Ædituus, in ornanda illius vrna,pictáq; effigie deſudarat: nec deſinebat qua re cunque poſſet eius augere cultũ,ac propagare.Itaq; in eum quẽ demonſtrauimus locum deuolutus,hoc fidẽtiùs,ac propè familiariùs ante imaginem Beati humi
" ſeſe proſtrauit,ac talia dixit. Perpu-
" ſillum eſt,B.Staniſlaë,perpuſillũ, ac
" potiùs nihil,quod in tuũ à me cultũ,
" & obſequium adhuc geſtũ eſt. Stu-
" dium certè,voluntáſque non abfuit,
" nec abeſt. Quo loco ſim vides. Si
" Domini noſtri ampliorem in laudẽ
" ceſſurum eſt,adeſto tu (namque po-
" tes)precibus, ac meritis tuis:excute
" tabem hanc.Tum me totum, ac pe-
" nitùs verè, atque ex animo habebis
" tuum.Tum nomini,cultuíque ornã-
" do,ac propagando tuo, quoad fieri
" per me poterit,recipio me, ac ſpon-

deo

deo ſeruiturum. Audiit ſtudioſi vota »
clientis Patronus indulgens. Conti-
nuò quæ præcipitabat vita, conſtitit,
magnúmque retrorſum gradũ fecit
ad ſalutẽ. Breui vorax febris abſum-
pta, tuſſis, & pectoris dolor, & imbe-
cillitates cæteræ abactæ: tótque vi-
ctrix ſatellitum mortis in priſtinum
ſtatum valetudo repoſita.

Religiosorvm virorum exem-
plis addatur & præſtitæ ſanctimo-
niali tutelæ prodigiũ ſanè magnifi-
cum. Mediolani anno 1609. in nobi-
li S. Magdalenæ Cœnobio Religioſa
erat Virgo Florida Hyacintha, filia
Auguſtini Spernazati, ciuis Laudẽ-
ſis, qui & ipſe reddita Deo coniuge,
vbi nactus eſt ſui poteſtatem, totum
ſe ad diuinum inter nos contulit fa-
mulatũ. Ei virgini per ſolemnia Pa-
ſchæ noctu repentinus oboritur vo-
mitus ſanguinis; violentus adeò, atq;
exundans, vt ſanguinis copia ad fau-
ces confluentis, quæ aduolarãt ſan-
ctimoniales, certò eam crederent il-
licò offocatum iri. Illa ſic deprehen-
ſa B. Staniſlai, cui dedita in primis

erat, cuius & ſacras Reliquias, prætérque alias papyraceas, etiam pictã in linteo habebat imaginem, opem popoſcit eo ſtudio, quo pronum eſt cogitare. Ecce autem puncto eodem ſanguinis ille torrens ſiſtitur: cúmq; pectus eadem ſibi Beati Reliquiis conſignaſſet, etiã dolor, qui illîc furebat, extinguitur, ſtupentibus Dei ancillis, nullúmque facientibus finẽ Deo gratulandi, qui adeò ſe mirabilẽ, adeò amabilẽ præberet in Sanctis ſuis. Hyacintha ad Staniſlai effigiem, quæ Mediolani in Templo S. Fidelis Patrum Societatis reuerenter habetur, & colitur, formam ex argento beneficij teſtem appendi iuſſit.

CÆTERVM quoniam haud raro per ipſas quoq; Tartareas poteſtates, velint, nolint, ſuorum Deus amicorum nomen illuſtrat, ne id quidem ornamenti genus Staniſlao defuiſſe duo, quæ ſequũtur, exempla demõſtrant. Proximo ſæculari anno agebat Romæ iuuenis Nicolaus Nurſinus nomine, quẽ indubitata fides eſt dæmoniacũ fuiſſe. Namque ob eam

cauſam,cùm primùm vexatio palàm facta eſt,venerabiles Capuccini Patres,inter quos tyrocinium ponebat Narniæ,ſegregarant ab ordine ſuo, & Eugubij ad corpus S.Vbaldi, vbi propter ingentem numerũ toto anno confluentium eiuſmodi peſtibus obſeſſorũ magna eſt intelligẽtia mali eius, pro vero energumeno habitus,ac multis etiam nequã ſpiritibus fuerat liberatus,quanquam reſiduis multo pluribus. Cùm deinde Religioſa obiiſſet cõplura loca, Iobelæo inuitante Romã venit,ſi fortè ad inclyta illa vetuſtæ ſanctitatis monumẽta ſubſidij aliquid inueniret. Hîc igitur nec vno tempore, nec loco vno ſolemnia adiurationũ carmina per Staniſlai merita, & gloriam adhibita expulêre ex eo quatuordecim dæmones,vt multi confirmant iurati teſtes fide digniſſimi, qui coràm præſentes interfuêre.Dęmonũ eorũ è numero fuit,qui Exorciſta interrogante,Sãcti cuius virtute ſpiritus ante eum tres exiiſſent, abnuebat dicturum;& inſtanti cur abnueret,La-

tinè

tinè ſubiecit. Quare eſt Sanctus? Quippe cùm ſciret nondum Sãctorũ honores auctoritate Põtificia Staniſlao decretos,& diſrumperetur inuidia,quòd gloria hæc ex eius,& ſociorum eiectione Beato crearetur, voluit ineptè cauillari,ſed in malum nugatus eſt ſuum. Hæc enim ipſa cauillatio commendatio Staniſlai eſt: & ad vltimum eius quoque infracta eſt peruicacia,pérque merita, & virtutem,ac gloriã Staniſlai ex eo corpore iuſſus faceſſere,ingentem fœdę ſpumæ ex ore ciens, & in modum grandis phialæ inflans, quod ipſum alij quoque tredecim in exitu quiſque ſuo fecêre, fremens,ac furens abſceſſit.

MVLTVM celebritatis habuit per Hiſpaniam, aliáſq; prouincias energumenæ liberatio, quæ ſalutis anno 1604.Aprili menſe Huete in oppido cõtigit. Quippe nõ ſolùm res eſt geſtà publicè multo cum ſermone circumcolentium populorum; verùm etiam ritè cognitis, probatíſq; actis iuſſu Conchenſis Epiſcopi typis edita

ta

ta eſt luculenta narratio, & latiſſimè peruulgata. Quantùm ad hunc pertinet locum, ſumma hæc eſt. Huetéſi in agro pagus Tinaſeia eſt. Hîc degebat Maria Scalata cõditione pertenui, vxor Martini Ramirij: quam execrãs anus mater; Ita (inquit) Diaboli te tres inuadant. Atq; vt parẽtes habere in poteſtate linguam, liberi autem execrationes, ac diras parentum formidare condiſcant, permiſit Deus, vt imprecatio valeret, paulóq; pòſt ipſo Natali Deiparæ anno Domini 1603. certis conſtitit argumẽtis, miſeram illam à Dæmonibus occupatã. Inde ſuper cætera mala, & perpetua exercebatur inſomnia, & aurium torquebatur doloribus, & audiẽdi propè funditùs vſum amiſerat. Sub anni inſequentis exordia deducitur à ſuis Huete ad S. Stephani Parochum, cui præcipua erat exorcizãdi gratia. Adiurationes aggreditur in Templo Collegij Societatis; tótq; ſe, támq; euidentibus ſignis peſſimi inquilini prodebant, vt, qui intererãt, ipſis videre oculis ſibi eos viderẽtur.

Nam

Nam cùm eſſet fœmina ruſticana,ac planè rudis,nõ modò Latinè intelligebat optimè;ſed & videbât,ac prædicebat longè poſita: quin aliquãdo etiam Sacerdotem Exorciſtã in media corona ſic appellauit.Hodie verò lætus incedes:Valliſoleto enim literas accipies ex animi tui ſententia. Quod planè eſt factum,cùm eam rẽ humana nulla ratione prænoſſe fœmina potuiſſet. Iam trium princeps illorum Dæmonũ poſt colluctationem plurimam per B. Ignatij merita exturbatus cùm eſſet, duóq; reliqui ſpopondiſſent Ignatij eiuſdẽ,& Frãciſci Xauerij meritis abſceſſuros,adiecit Sacerdos,vt è Religione eadem Beatum aliũ nominarent; quem tãquam ſponſionis ſuæ vadem proferrent;ac ſpiritus,qui loquebatur,ſubiecit. Riſum vobis mouebo, ingentémq; conatum adhibens,ægrè tandem Sanlilaus expreſſit,more rudiũ, Staniſlaus explanatè dicere neſciẽtium. Interrogati quot annorum hic Beatus è vita migraſſet, octodecim reſpondêre, vti verum eſt. Octode-

cim enim abſolutis, ſicut initio dixi, vndeuigeſimum inchoãs vita deceſſit. Paulóq; pòſt quemadmodum receperant, Tartarei hoſpites abiêre, planè incolumi relicta fœmina. Diebus tamen non ita multis interiectis rediêre: ſed princeps duntaxat, qui nomen ſibi Barrabbas fecerat, mulierem, vt idẽ aiebat, intrauit, comites duo circumſidebant. Interrogati quãobrem reuertiſſent, dixêre ſanè perinuitos ſeſe reuerſos; cæterũ iuſſu Ignatij, Xauerij, & Staniſlai coactos regredi, vt teſtificarentur illorum ſe vi, ac virtute pulſos; & pariter denũtiarent in poſterum ad eam fœminã ſe nunquam regreſſuros: neq; eam ſurditate poſthac, aut aurium dolore, aut inſomnia laboraturam. Quæ omnia euenêre planiſſimè.

Per hæc diuinæ voluntatis argumenta cùm veneratio magis, & nomen Staniſlai inclareſceret, aliquot Societatis noſtræ Prouinciæ, etiam Indiarum (nam nouo etiam in orbe ſanctitas Beati celebratur; propoſitæq; in templis colũtur eius effigies)

de

decreuêre in conuentibus ſuis inſtã-dum à ſummo Pontifice, vt Sanctorum ei cõſuetos ritè honores decernat. Idem viri principes, ac nominatim Rex, ac Regina Poloniæ per literas, Oratorémq; ſuum ſæpiùs poſtularunt. Idem poſtremò decreuit vrgẽdum Prouinciale Conciliũ Regni Poloniæ, quod anno Domini 1607. Bernardus Macieiouius Cardinalis, idémq; Archiepiſcopus Gneſnenſis, Regníq; Poloniæ Primas, ac primus Princeps Petricouiæ habuit. Venerabatur iamdudũ Bernardus Staniſlaũ ab Viẽnenſi condiſcipulatu, ſecúmq; de ſacris eius Reliquiis ad Conciliũ tulerat. Itaque, quãuis nomine Prouincialis Societatis rogaretur, ne eã rem attingeret, tamẽ ipſemet retulit: ac nemine, quod conſtet, diſcrepante, decretum in hæc verba factum eſt, ac deinde vnà cum ceteris Concilij eius decretis auctoritate Apoſtolica Romæ probatum.

CVM *ab Illuſtriſſimo & Reuerẽdiſſimo D. Cardinali Archiepiſcopo, & Primate Regni, præſidẽte in Synodo expoſitũ fuiſ-*

ſet,

ſet, quanta Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, operetur miracula ad memoriã B. Staniſlai Koſtkæ Poloni, qui in flore adoleſcentiæ Societatẽ Ieſu ingreſſus, multíſque, & maximis innocẽtiæ ac ſanctitatis vitæ datis documẽtis; defunctus in vrbe Romana quieſcit, gauiſa Synodus magnopere nouo gẽtis ſuæ Patrono, gratiíſq; hoc nomine Deo actis, ſtatuit ſupplicandũ S. P. N. vt eũ quẽ iã ſancta ſedes Apoſtolica Beatũ declarauit, in Sãctorũ numerũ referre dignetur, poſtuláitq; ab Illuſtriſſimo Domino Cardinali, vt hoc deſideriũ eius etiam repetitis vicibus, quoad opus fuerit, eidẽ SS. Eccleſiæ Romanæ Põtifici, eiúſq; S. ſedi quàm inſtantiſſimè cõmẽdet.

In hunc modum largiſſimus ad remunerãdum Dominus amantiſſimi famuli honores in dies magis amplificat, abundè pręſtans, quod accedentibus ad ſe per Eccleſiaſticũ ſpõdet, dum ait. *Coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua.* En B. Staniſlaus, vt ſe perfectiùs Deo coniũgeret, omnia ſuſtinuit, & vitã quoque hãc mortalem vt exueret, optauit, impetrauítq;. In nouiſſimo autẽ, vbi

vbi mors adfuit,nō defecit eius vita, ſed creuit,ac geminata eſt magno cũ lucro. Reddita eſt enim non ſolùm vita beatæ gloriæ in cœlo,ſed etiã religioſi cultus in terris; quæ temporis longinquitate non inueteraſcit, ſed vſq; curſu viget magis,ac roboratur. Adeò bene collocantur apud Deum obſequia. Tanta cum fruge ſementis exuberat annorum paucorum, quos ei donamus, cui nullo non iure reddere omnes debemus.

FINIS.

A01 1471441

L
572

BIBLIO
Vitto